



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD


This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>




This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.





600095240Q







EPISTOLA AD DIOGNETUM
IUSTINI

PHILOSOPHI ET MARTYRIS

NOMEN PRAE SE FERENS.

TEXTUM RECENSUIT

TRANSLATIONE LATINA INSTRUXIT

PROLEGOMENIS ET ADNOTATIONIBUS ORNAVIT

INDICES ADIECIT

IOANN. CAROL. THEOD. OTTO,

philosophiae et theologiae doctor, in Caes. Reg. facultate evangelico-theologica
Vindobonensi professor publ. ord., societatum aliquot literariorum sodalis.


EDITIO SECUNDA
EMENDATIOR ET AUCTIONIOR.

LIPSIAE

T. O. WEIGEL.

MDCCCLII.

110. b. 234.



P R A E F A T I O.

Inter praestantissima antiquitatis christianae monumenta optimo iure numeratur Epistola Diogneto inscripta: quaecumque enim ea continentur, sanctissima mentis christianae penetralia nobis recludunt, et Christianorum qui tum erant egregiam repraesentant ac prorsus singularem vitae conditionem vividissimis coloribus depictam. Haec Epistola omni ex parte maximi est momenti.

Primum sententiam accuratius exposui in libello „De Epistola ad Diognetum S. Iustini Philosophi et Martyris nomen prae se ferente“ (Ienae apud Frider. Mauke 1845), quem consensu et auctoritate ordinis theologorum summe venerabilis in universitate Ienensi pro venia docendi adipiscenda d. 27. m. Novembris 1844 publice defendi. Triennio post vir de christiana antiquitate meritissimus Bunsenus („Ignatius von Antiochien und seine Zeit“ p. 244) peculiarem librum de eadem Epistola, quam ad Marcionem refert, se scripturum promisit: nondum vero prodiit. Meis autem vestigiis ingressus superiori anno Hoffmannus libellum „Justinus des Märtyrers Brief an Diognetus, griechisch und deutsch, mit Einleitung und Erläuterungen“ (Neisse 1851. 4^o) edidit: sed nimia brevitate usus est, meum libellum supra memoratum meaque in Epistolam adnotationes (Corp. Apologg. christt. saec. sec. Vol. III. p. 156 ss.) quum excerpserit. Ipsemet occasione oblata paucis quid de Epistola sentiam nuper in Lipsiensi Repertorio Gersdorffiano (1852. N. 2. p. 68—76) dixi *).

Itaque alteram prioris libelli, cuius nulla iam restant exemplaria, editionem paravi: eamque emendatiorem et auctiorem. Non solum enim in prolegomenis de illa disputavi Epistola aurea, sed ipsam quoque, quo facilius divulgaretur, graece adiunxi; praeterea translatione latina, adnotationibus, indicibus ornavi. Argumenta quae contra authenticam

*) Duo ibi peccata typographica corrigas: p. 70. v. 21. p. *uralte* l. *reelle* et p. 73. v. 38. p. *unvollkommene* l. *vollkommene*.

Iustinianam a viris doctis prolata sunt ostendi parum valere, praeter unum a scribendi ratione desumptum. Probavi Epistolam, Marcioni gnostico haud tribuendam, si quidem a Iustino philosopho et martyre originem non habeat, tamen ad aetatem eius pertinere. Ultimam vero Epistolae partem ab auctore partis prioris, quisquis demum fuerit, minime profectam evici. In recensione textus constituenda codicem optimae notae Argentoratensem, cuius lectiones Eduardus Cunitzius olim mihi transmisit, potissimum respexi. Quo factum est ut et lacunas genuinis verbis vel literis explerem et saepenumero a scriptura recederem per Henricum Stephanum propagata, cui omnes Epistolae editores adhaeserunt. Non autem licet scriptorem coniecturis tentare nisi ubi summa corruptelae sit evidentiā: ac tum demum certam coniecturam quamdam lectioni codicum absurdae praetuli. Contribuit nonnullas quibus uterer coniecturas Wesselus Albertus van Hengel theologus Leidensis. Bis hucusque edidi Epistolam emendatam, annis 1843 et 1849. Haec nunc editio eius prodit tertia, ita quidem, ut ab altera (anni 1849) passim discedat. Etenim rationibus subductis textum vulgatum his quoque locis mutavi: c. 2 (not. 9) pro ἀργυρέους dedi ἀργυροῦς et c. 8 (n. 41) π. ἦν d. τάντην. Insuper verba c. 3 (n. 17) τὸ δὲ δοκεῖν τινα παρέχειν τῷ μηδενὸς προσδεομένῳ et c. 9 (n. 49) ἡνέσχετο λέγων αὐτὸς τὰς ἡμετέρας ἀμαρτίας ἀνεδέξατο expunxi. Adnotationes, quibus Epistolam ornavi, sunt criticae et exegeticae. Criticarum autem ea ratio est ut historia κρίσεως Epistolae clare perspicatur; haud opus fuit editionis Hoffmannianae respectum habere, quum Epistolam ex mea editione altera repetierit. In exegeticis, quarum perpaucae tantum ab aliis praeparatae erant, eam viam ingressus sum ut accurato commentario opus instruerem nihilque in iusto brevitate studio praetermitterem quod ad rem faceret. Scholia codicis Argentoratensis integra suppeditavi. — Ubi libros Iustini sive indubitatos sive addubitatos laudavi, usus sum altera editione quae („Corpus Apologetarum Christianorum saeculi secundi“ Vol. I ss.) Ienae a. 1847 ss. prodit.


Quod reliquum est, Deum T. O. M. precor ut hos labores meos ad severum studium antiquitatis christianae promovendum facere iubeat.

Scripsi Vindobonae feriis paschalibus a. 1852.

Carolus Otto.

PROLEGOMENA.





I. DE CODICIBUS EPISTOLAE SCRIPTIS ET IMPRESSIS.

§. 1.

Tres sunt codices manu exarati, quibus Epistola ad Diognetum continetur: Argentoratensis, apographon Stephani, apographon Beureri.

Codex Argentoratensis¹⁾ est bombycinus, sive ex charta gossypina, foliisque minimi modi 260 constat recentiori tempore numeratis. Eo offeruntur: 1°. Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος Περὶ μοναρχίας. 2°. Τοῦ ἁγίου Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος Λόγος παραινετικὸς πρὸς Ἕλληνας. 3°. Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος Ἐκθεσις πίστεως περὶ τῆς ὁρθῆς ὁμολογίας ἥτοι περὶ τριάδος. 4°. Τοῦ αὐτοῦ Πρὸς Ἕλληνας. 5°. Τοῦ αὐτοῦ Πρὸς Διόγνητον. Accedunt ab alia manu eaque recentiori: 6°. Τῆς Σιβύλλης Ἐρωθηραίας στοῖχοι (tres tantum paginas complectentes). 7°. Χρησμοὶ τῶν ἐλληνικῶν θεῶν. A priori autem manu sunt: 8°. Athenagorae Supplicatio pro Christianis. 9°. Eiusdem liber De resurrectione. Quae denique sequuntur scripta Cyrilli Alexandrini, posterioris aetatis tractatus contra Armenios, alia huiusmodi, manum aperte recentiorem produnt. Pars codicis antiquior, qui ut vides Epistolam quoque ad Diognetum praebet, saeculo decimo tertio exarata est. Fuit quondam Ioannis Reuchlini, quod inscriptio indicat manu illius viri in aversa parte involucri lignei facta (*Liber graecus Iohannis Reuchlin phorcen*), postea in Maurimonasterium in Alsatia superiori (*Ex libb. Abb. Maurimonast. 1560*) situm, denique tempestate violentae Francici regni conversionis superiori saeculo factae in urbanam Argentorati bibliothecam pervenit. A muribus autem nidum sibi in eo parantibus admodum corrosus est, sed tantummodo altera eius pars detrimentum cepit. Contigit mihi ut Epistolam ad fidem egregii huius codicis, ab Eduardo Cunitz theologo Argentoratensi in meum usum diligenter collati, possem recensere. Vir ille doctissimus inter alia haec mihi perscripsit: „Die Schrift im

1) Gust. Haenel *Catalogg. librorum mstorum etc.* (Lips. 1830. 4°) p. 466.

Codex ist durchweg ziemlich gleichförmig und sorgfältig gehalten.²⁾ Auffallend sind die unleserlichen Stellen, welche gerade mit den im gedruckten Texte vorkommenden Lücken zusammenfallen, obgleich meistens sich noch erkennen lässt dass sie ursprünglich beschrieben waren; doch sind, im Allgemeinen, besonders die ersten Blätter sehr verblichen und auch auf manchen folgenden die Schlusswörter der Zeilen und auch die oberen Ecken der Seiten oft sowohl durch Feuchtigkeit als auch durch Reibung sehr verwischt. Die Randglossen sind von der Hand des ursprünglichen Librarius. Die sehr auffallende Uebereinstimmung unseres Strassburger Codex mit den Lesarten des Beurerischen Apographon, welche in den Noten Sylburgs angegeben sind, liessen mich anfangs glauben unsere Handschrift sei dieses Apographon selbst, da es sich leicht denken liess dass der Freiburger Professor von dem Codex zu Maursmünster Kenntniss hatte. Aber es finden sich doch auch manche ausdrückliche Abweichungen, welche wohl hinreichen die Verschiedenheit dieser Handschriften zu beweisen.“

Apographon Stephani, olim penes Isaacum Vossium (in Anglia), nunc asservatur in bibliotheca publica universitatis Lugduno-Batavae.³⁾ Id testimonio suo comprobavit Jacobus Geel, praestantissimus bibliothecae illius praefectus, qui, rogatus ut codicis manu exarati mihi notitiam impertiret, in haec verba rescripsit: „Diligenter explorando persuasi mihi, Iustini Martyris Epistolam ad Diognetum, quam cum multis aliis scriptis continet Cod. Vossian. 30, ipsum esse exemplum quod Henricus Stephanus ex nescio quo codice descripsit quodque editioni primae a. 1592 inserviit. Stephani manus est, nisi vehementer fallor. In margine adscriptae sunt eadem coniecturae, quas Stephanus fecisse recentiores Iustini editores testantur; ipsam enim editionem a. 1592 ad manum non habeo.“⁴⁾ Quod autem rem conficit: in codice post Epistolam ad Diognetum sequitur Oratio ad Graecos, quam Stephanus una cum Epistola illa separatim vulgavit. Partim contuli cum editione Paris. 1742: — nihil discriminis.“ Assensus est W. A. van Hengel, theologus Leidensis, quem de eodem codice inspiciendo literis adii. Respondit is insuper: „Codice varios tractatus contineri. Lindenbrogii autem, qui illorum possessor ante Vossium fuerit, cura factum videri ut uno volumine coniungerentur

2) Ex hoc eximiae notae codice, eodem quo scriptus est caractere, exemplum in *Corp. Apologg.* Vol. III. Proll. p. XVI. proposui.

3) *Catalogg. librorum mstorum Angliae et Hiberniae* (Oxon. 1697. Fol.) Tom. II. P. I. p. 60. *Catalog. librorum tam impresorum quam mstorum bibliothecae publicae*

universitatis Lugduno-Batavae (Lugd. ap. Bat. 1716. Fol.) p. 396. Cf. Bern. de Montfaucon: *Bibliotheca bibliothecarum mstorum nov.* (Par. 1739. Fol.) Tom. I. p. 676.

4) Perpaucas tantum coniecturas Stephanus margini non adscripsit: e. g. de correctione c. 1 *αὐτόν τε τὸν κόσμον* in margine codicis nihil comparet.

omnes. Epistolam explere septemdecim et quod excurrit paginas formae quadratae. Variorum qui codice contineantur tractatum primum esse Amphilochoii episcopi Vitam Basilii (*Διήγησις εἰς τὸν βίον Βασιλίου*), alterum Epistolam ad Diognetum: *τοῦ αὐτοῦ πρὸς Διόγνητον*, tertium Orationem ad Graecos: *Ἰουστίνου τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἑλλήνας*.⁵⁾ Huic tractatui subiectum esse: *τοῦ αὐτοῦ πρὸς Διόγνητον Ἐπειδὴ ὄρω κράτιστε Διόγνητε* Haec scripta iam ante sunt.“ Verba *τοῦ αὐτοῦ* ante *πρὸς Διόγνητον* offensionem non praebent: quae quidem Stephanus repetiit ex antiquo codice quem descripsit; ibi scilicet alia Iustini scripta praecedebant. Itidem in codice Argentoratensi titulus *τοῦ αὐτοῦ πρὸς Διόγνητον* legitur; tertius enim tractatus ibi insignitus est verbis: *Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος* —. Quare Stephanus quoque in editione (p. 1) Epistolae praefixit: *Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος Ἐπιστολὴ πρὸς Διόγνητον*. Solum vocabulum „Ἐπιστολὴ“ suoapte Marte exhibuit. Verbis autem tertio tractatui subiectis Stephanus indicavit in codice veteri, ex quo Epistolam et Orationem transscripsit, hanc Orationem ante illam Epistolam fuisse collocatam: id quod ipse in editione (p. 104) testatur. Pariter in codice Argentoratensi Orationem (*τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἑλλήνας*) sequitur Epistola. Stephanus vero illos libros, potiolem priori loco collocans, ordine inverso a. 1592 edidit. Hoc valde queritur quod multae lacunae vel lacunulae in codice, quo usus sit, fuerint aut saltem literae ita *ἐξίτηλοι* ut oculos omnino fere fugiant. Iam id unum adiicio. Silentio quidem ille, ut mos tum erat, praeterit ex cuius bibliothecae cimeliis codicem veterem protraxerit quem descripsit, dicit tamen eum praeter ista duo scripta Iustiniana continere nonnulla ex iis quae iam a patre Roberto Stephano edita sint. Inde coniecere possis Henricum Stephanum illo usum esse codice qui hodie Argentorati asservatur: eo quippe praeter Epistolam et Orationem continentur tractatus De monarchia, Cohortatio ad Gentiles, Expositio rectae fidei: quae quidem scripta una cum multis aliis etiam in principe Roberti Stephani Operum Iustinianorum editione a. 1551 habentur. Quamquam haud crediderim Stephanum filium codice Argentoratensi usum esse: nam interdum lectiones, quas ex antiquo suo codice memoravit, valde differunt a lectionibus quas Argentoratensis clare ac perspicue prima manu praebet.

Apographon Beureri Orationem ad Gentiles et Epistolam ad Diognetum complectitur. Professor autem ille Friburgensis praeter translationem adiecit de quorundam locorum emendatione iudicium,

5) „Videri nomen *Ἰουστίνου* a scriba praepositum esse verbis *τοῦ αὐτοῦ*, postquam ea iam scripsisset.“

ab Henrico Stephano, qui apographo Beureriano usus est, in editione utriusque illius scripti (a. 1592) p. 98—106 repetitum. Idem Stephanus (l. c. p. 64 et 97) contendit sese cum Beurero („sed ego ante illum“) unum eundemque descripsisse veterem codicem. Quod si verum est, sequitur ut aut Stephanus non diligenter in exscribendo codice versatus sit (quod quidem facile crediderim)⁶⁾ aut Beurerus quemquam alium praeterea inspexerit, sive eum qui hodie Argentorati invenitur sive huic certe simillimum. Nam lacunas, in Stephani exemplo obvias, Beurerus persaepe in apographo iisdem explevit verbis quae in codice Argentoratensi evidenter exhibentur manu prima; idem de multis lectionibus valet diversis a Stephanianis. Insuper Stephanus in praefatione editionis refert Beurerum cupiisse „librum quendam qui Theosophia vocatur (is non aliud quam oraculorum synagogen quandam habet) simul cum his Iustini opusculis in lucem venire“, neque alia ratione nisum esse „quam quod in eodem illo volumine unde haec Iustini sumpta sunt inveniatur“. Talia oracula sane reperiuntur in codice Argentoratensi. Curatius vero quam Stephanus discrepantes apographi lectiones Fridericus Sylburgius in edit. Opp. Iustin. p. 403 et 432 s. enotavit. Qui quidem in praefatione (p. V) ait: „Et quoniam ante aliquot annos Francofurdum ad nos a Ioanne Iacobo Beurero, graecae linguae apud Friburgum Brisgoiae professore, duarum illarum ab Henrico Stephano seorsum editarum orationum exemplar, ex eodem codice vetere quo Stephanus est usus descriptum, missum fuerat, si qua ex mutua collatione observatu digna inveniebamus, ea quoque, ne quis suae symbolae frustraretur gratia, suo loco inteximus.“ Apographon illud Beureri, si coniecturae locus dandus, Glasco-vii hodie reperitur. Ibi enim codex servatur membranaceus formae quadratae, anno 1453(?) exaratus, qui teste Haenio⁷⁾ „Iustini Orationes“ continet. Quum nuntium de hoc codice adhuc acceperim nullum, nescio equidem quaenam Iustini scripta voce Orationum significantur. Beurerus Orationem ad Gentiles et Epistolam ad Diognetum

6) Indigentiam vir summus passim in monumentis veterum edendis non vitavit. Fatendum tamen erit eum data opera et scientem decepisse neminem. Franc. Passovius in *Raumeri Histor. Taschenb.* Tom. II (Lips. 1831) p. 590: „Stephanus würde seiner ihm zur andern Natur gewordenen Vielthätigkeit haben entsagen müssen, wenn er mit der bis in's Kleinste gehenden Sorgfalt hätte arbeiten wollen, durch die sein trefflicher Zeitgenosse Friedrich Sylburg seinen Namen fast sprüchwörtlich gemacht hat. Absichtliche

Unredlichkeit aber lag seiner ganzen Sinesart so fern, dass, gegen solche in literarischen Dingen ihn vertheidigen zu wollen, Beleidigung wäre.“ Add. C. Sintenis: Zur Ehrenerklärung des Henr. Stephanus, in *Schneidewini Philolog.* Tom. I (Stolb. 1846) p. 134 ss. Coll. Breitenbach: Zur Frage über die Codices des Henr. Stephanus, in *Bergkii et Caesaris Zeitschr. für d. Alterthumswissensch.* (Cassel. 1847) N. 123 s. p. 979 ss.

7) L. c. p. 790.

ex veteri aliquo exemplari descripsit. Ea vero Epistola etiam nomine Orationis appellabatur: id quod Stephanus testatur, de suo codice msto in edit. p. 104 sic referens: „Oratio haec (h. e. πρὸς Ἑλληνας) in eo exemplari unde excerpta est praecedit illam ad Diognetum Epistolam, quae et ipsa ab aliis Oratio vocatur.“ Idem l. c. p. 98 ait: „Oratio ad Diognetum etiam apud Beurerum est posterior.“ Quae quum ita sint, non temeraria videtur ista coniectura. Sed obstat annus (si recte habet) quo codex dicitur exaratus esse.

§. 2.

Epistolam ad Diognetum una cum Oratione ad Graecos primus Parisiis (in 4^o) Henricus Stephanus edidit. Titulus est: „*Ἰουστίνου τοῦ φιλοσόφου καὶ μάρτυρος Ἐπιστολὴ πρὸς Διόγνητον καὶ Λόγος πρὸς Ἑλληνας*. Iustini philosophi et martyris Epistola ad Diognetum et Oratio ad Graecos, nunc primum luce et Latinitate donatae ab Henrico Stephano. Eiusdem Henr. Stephani annotationibus additum est Io. Iacobi Beureri de quorundam locorum partim interpretatione partim emendatione iudicium. Tatiani, discipuli Iustini, quaedam. Excudebat Henricus Stephanus. Anno M.D.XCII.“¹⁾ Editio quidem e prelo iam exierat, tamen nondum prodierat in publicum, quia theologi illius Friburgensis interpretatio et emendationes diu expectatae nondum in Stephani manus venerant. „Et quoniam,“ inquit²⁾, „illum quosdam difficiles locos aliter interpretatum esse videbam, ac praesertim diversas a meis coniecturas illius inveniebam, cum alibi, tum vero ubi lacunae aut lacunulae aut saltem literae ἐξίτηλοι et oculos fugientes in nostro exemplari erant (uno enim eodemque usu sumus: sed ego ante illum), et te lector tanti viri fraudandum iudicio non censebam: annotationes aliquot, in quibus vel diversas a meis eius emendationes vel diversam interpretationem tibi proponerem, superioribus adiacere decrevi, atque id ut decreveram effectum reddidi.“ Caeterum Stephanus, doctissimus grammaticus, in scriptis illis emendandis sic versatur, ut interdum non tam sanandi quam ornandi textus sustineat partes.

Qui sequuntur editores Epistolae ad Diognetum pendent omnes a principe illa Henrici Stephani editione: Fridericus Sylburg „S. Iustini Phil. et Mart. Opera quae undequaque inveniri potuerunt.“ Heidelbergae a. 1593. Fol. p. 381 ss. Adiecit quae Stephanus in editione

1) De alia editione a. 1595 iam Mich. Maillaire dubitavit: *Annall. typograph.*

Tom. III. P. 2 (Hagae Comit. 1725. 4^o) p. 810.

2) P. 97 s.

et Beurerus in apographo de textu Orationis ad Graecos et Epistolae ad Diognetum emendando monuerant. Federicus Morel „S. Iustini Phil. et Mart. Opera“. Parisiis a. 1615. Fol., denuo a. 1636, dehinc (vitiose) Coloniae 1686. p. 494 ss. Prudentius Maran „S. Iustini Phil. et Mart. Opera quae exstant omnia.“ Parisiis (sive Hae Comitum) a. 1742. Fol. p. 233 ss. et iterum (mendose) Venetiis a. 1747. Fol. p. 246 ss. Andreas Gallandi „Bibliotheca veterum patrum“ Tom. I. Venetiis a. 1765. Fol. p. 320 ss. Fridericus Oberthür „Opera patrum graecorum“ Vol. III. Wirceburgi a. 1779. p. 2 ss. Hermannus Olshausen „Historiae ecclesiasticae veteris monumenta praecipua“ Vol. I. P. 2. Berolini a. 1822. p. 171 ss. Georgius Boehl „Opuscula patrum selecta“ P. I. Berolini a. 1826. p. 124 ss. Carolus Iosephus Hefeles „Patrum apostolicorum opera“ Tubingae a. 1839. p. 125 ss. et edit. 2. a. 1842. p. 223 ss. Algernon Grenfell „The Epistles of Barnabas, Clement, Ignatius, Polycarp, and the Epistle to Diognetus.“ Londini a. 1844. p. 147 ss.

Novam equidem Epistolae ad Diognetum recensionem exhibui, auxilio codicis Argentoratensis adiutus: „S. Iustini Phil. et Mart. Opera“ Tom. II. Ienae a. 1843. p. 464 ss. Itaque lacunas, quibus textus inde a Stephano vulgatus deformatur, explevi locosque emendavi corruptos; simul uberiores adnotationes adieci. Iteratis curis meis Epistola illa prodiit in altera Operum Iustinianorum editione, Tom. II. a. 1849, h. e. „Corp. Apologetarum christianorum saeculi secundi“ Vol. III, p. 156 ss. — Inde priori Epistolae recensione mea usus est Hefeles in editione Operum patrum apostolicorum tertia a. 1847. p. 300 ss. Alteram recensionem meam eamque emendatiorem Hoffmannus repetiit: „Justinus des Märtyrers Brief an Diognetus, griechisch und deutsch, mit Einleitungen und Erläuterungen.“ Neisse 1851. 4°. p. 10 ss.

Exegeticas adnotationes dederunt perpauca Stephanus, Sylburgius, Maranus, Boehlius; uberiores equidem praebui in meis editionibus: unde Hoffmannus suas excerpit.

§. 3.

In latinum sermonem primus Epistolam ad Diognetum transtulit Henricus Stephanus in editione. Hanc translationem Sylburgius, Morellus et auctor Maximae Bibliothecae vett. patrum Lugdun. 1677. Fol. Tom. II. P. 2. p. 141 ss. iteraverunt. Emendatiorem pluribus locis exhibuit Maranus, unde in Bibliothecam Gallandianam l. c. et in Collectionem selectam SS. ecclesiae patrum, accurantibus Caillau et Guil-

lon, Tom. I. Parisiis (in aliis exempll. Lipsiae) 1829. p. 468 ss. aut Mediolani 1830. p. 372 ss. transiit. Denuo correctam Hefeleanae editiones altera et tertia praebent. Neque egomet respui meliorem constituere.

Eadem Epistolam germanice verterunt Otto Glüsing „Briefe und Schriften der Apostolischen Männer.“ Hamb. 1723. p. 425 ss., Aug. Gabr. Gehle „Brem- und Verdische Bibliothek“ Vol. I. Fasc. 2. Hamb. 1753. p. 221 ss., J. M. Sailer „Briefe aus allen Jahrhunderten der christlichen Zeitrechnung“ Fasc. I. Monac. 1800. p. 37 ss., Anonymus quidam „Sämmtliche Werke der Kirchen-Väter“ Tom. I. Campidon. 1830. p. 121 ss., Fr. Xav. Karker „Die Schriften der apostolischen Väter“ Vratisl. 1847. p. 103 ss., Hoffmann l. c.

Translatio francica invenitur: Epître à Diognet, attribuée à S. Justin, dans laquelle l'Auteur sur les ruines de l'idololatrie et du judaisme établit les fondemens de la religion chrétienne. Traduite de l'original grec [par P. le Gras]. A Paris. 1725. 12°.

II. DE ARGUMENTIS CONTRA AUTHENTIAM EPISTOLAE IUSTINIANAM PROLATIS.

§. 4.

Egregiae huius ad Diognetum Epistolae authenticam Iustinianam per diu nemo literatus in dubium vocavit, ut Georgio Bullo, claro illi presbytero Anglicano, anno 1685 liceret scribere¹⁾: „Ea Epistola quin Iustini sit genuina, nemo doctus (quod sciam) hodie dubitat.“ Primus Seb. le Nain de Tillemont²⁾, criticus sagacissimus, S. Iustino Philosopho et Martyri eam abiudicandam censuit. Quam sententiam plerique secuti sunt: Nic. le Nourry³⁾, Cas. Oudin⁴⁾, Const. Roncaglia⁵⁾, Io. Phil. Baratier⁶⁾, Ios. Aug. Orsi⁷⁾, Nath. Lardner⁸⁾, Andr. Gallandi⁹⁾, Gottfr. Lumper¹⁰⁾. Dein graviora

1) *Defens. fidei Nicuanae* (Oxon. 1685. 4^o) p. 114.

2) *Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique*. Tom. II. (Par. [1691] ed. 2. 1701. 4^o) p. 493 s. coll. p. 73 et 371 s.

3) *Apparat. ad Biblioth. maximam vett. PP.* Tom. I. (Par. 1703. Fol.) p. 445—447.

4) *Commentar. de scriptoribus eccles. antiquis*. Tom. I (Lips. 1722. Fol.) p. 202 s.

5) *Animadv. ad Nat. Alexandri Histor. eccles.* Tom. V ([Luc. 1734] Bing. ad Rhen, 1786. 4^o) p. 33.

6) *Disquis. chronol. de successione anti-*

quissima episcoporum Roman. (Ultraj. 1740. 4^o) p. 76 s.

7) *Istor. eccles.* Tom. I (Rom. 1747. 4^o) p. 271.

8) *Glaubwürdigk. der evangel. Gesch.* aus d. Engl. übers. v. Dav. Bruhn, Part. II. Tom. I (Berol. et Lips. 1750) p. 204 s.

9) *Biblioth. vet. PP.* Tom. I (Venet. 1765. Fol.) Prolegg. p. LXVIII—LXXI. — *Dissertatio Gallandiana est recusa in Sprengeri Thesouro rei patristicae*, Tom. I (Wirceb. 1784. 4^o) p. 77—85.

10) *Histor. theol.-crit.* P. I (August. Vin-

quaedam argumenta maxime ex doctrina Epistolae petita adiecerunt Io. Ad. Moehler¹¹), Georg. Boehl¹²), C. D. von Grossheim¹³), Christ. Ern. Herbig¹⁴), Mich. Permaneder¹⁵), Car. Ios. Heffele¹⁶), Alg. Grenfell¹⁷), alii¹⁸). Tandem Car. Semisch¹⁹) quaecumque ad sententiam istam adstruendam poterant proferri, diligenter composuit et in iustum ordinem redegit.

Sed non defuere viri docti qui oppugnatam defenderent Epistolam et iustino vindicarent. Quorum ex numero sunt Guil. Ern. Tentzel²⁰), Sam. Basnage²¹), Io. Alb. Fabricius²²), Remy Ceillier²³), Io. Frid. Cotta²⁴), Chr. Aug. Kestner²⁵), Lud. Otto Baumgarten-Crusius²⁶), Lobeg. Lange²⁷), Andr. Gottl. Rudelbach²⁸), Hoffmann²⁹), alii³⁰).

del. 1783) p. 183—190 et P. II (ib. 1784) p. 110 s.

11) *Ueber den Brief an Diognetos*, in: *von Drey all. Theolog. Quartalschr.* Tübing. 1825. Fasc. III. p. 444—461. Inde rec. in: J. A. Möhler's *Gesamm. Schriften u. Aufsätze*, herausg. von Joh. Jos. Ign. Dollinger, Tom. I (Ratisb. 1839) p. 19—31. Adde: J. A. Möhler's *Patrologie*, herausg. von F. X. Reithmayr, Tom. I (ib. 1840) p. 164—174.

12) *Opuscc. PP. sell.* P. I (Berol. 1826) p. 109—115.

13) *De Epistola ad Diognetum quae fertur Iustini Martyris.* Lips. 1828. 4^o.

14) *De scriptis quae sub nomine Iustini Phil. et Mart. circumferuntur* (Vratisl. 1833) p. 83—91.

15) *Biblioth. patrist.* Tom. II. Vol. I (Ländish. 1842) p. 51—54.

16) *Patr. apostol. Opp.* (Tübing. [1839. Prolegg. p. XIX s. ed. 2. 1842. Prolegg. p. LVIII—LXI] ed. 3. 1847) Prolegg. p. LXXV—LXXX.

17) *The Epistles of Barnabas, Clement, Ignatius, Polycarp, and the Epistle to Diognetus.* (Lond. 1844) Introd. p. XIII.

18) Steph. Wiest *Institut. patrolog.* (Ingolst. 1795) p. 92. — Dan. von Coelln in *Allg. Hall. Literatur-Zeitung* 1828. N. 48. p. 391. — Henr. Theoph. Tzschirner *Der Fall des Heidenth.*, herausg. von C. Willh. Niedner, Tom. I (Lips. 1829) p. 217 s. — Io. Car. Lud. Gieseler *Lehrb. der Kirchengesch.* Tom. I. ed. 3. (Bonn. 1831) p. 172. — Car. Aug. Credner *Beiträge zur Einleit. in die bibl. Schriften.* Tom. I (Hal. 1832) p. 50. — Car. Lud. Wil. Grimm in *Roehrii Krit. Prediger-Biblioth.* Tom. XXII. Fasc. III (Neostad. ad Orl. 1841) p. 518 s. — Aug. Neander *Allg. Geschichte d.*

christl. Religion u. Kirche. Sect. I. Tom. II. ed. 2 (Hamb. 1843) p. 1157 s. — I. A. Dorner *Entwicklungsgesch. d. Lehre von der Person Christi.* P. I (Stuttg. 1845) p. 178 s. — Ios. Fessler *Institut. patrolog.* Tom. I (Oenip. 1850) p. 193 s. — Hi omnes rem breviter tetigerunt.

19) *Justin der Märtyrer.* P. I (Vratisl. 1840) p. 172—186.

20) *Exercit. sell.* (Lips. 1692. 4^o) s. *Miscellan. eccles.* (ibid. 1708. 4^o) P. I. p. 189—192 et 438 s.

21) *Annal. polit.-ecclesiast.* Tom. II (Rotterod. 1706. Fol.) p. 129.

22) *Biblioth. graec. cur. Harles.* Vol. VII (Hamb. 1801. 4^o) p. 65.

23) *Histoire générale des auteurs sacrés et ecclés.* Tom. II (Par. 1730. 4^o) p. 39 s.

24) *Versuch einer ausführl. Kirchen-Historie des N. T.* Tom. II (Tübing. 1771.) p. 737 s.

25) *Die Agape oder der geheime Weltbund der Christen* (Ien. 1819) p. 394 s.

26) *Lehrb. der christl. Dogmengesch.* Sect. I (Ien. 1832) p. 172. *Compend. der christl. Dogmengesch.* Sect. I (Lips. 1840) p. 82.

27) *Roehrii Krit. Prediger-Biblioth.* Tom. XXV (1844) p. 995.

28) *Zeitschrift für d. gesammte Luther. Theologie u. Kirche* 1843. Fasc. I. p. 138. 1845. Fasc. I. p. 95 s. Eiusdem *Christliche Biographie* Tom. I (Lips. 1849) p. 19.

29) *Iustinus der Märt. Brief an Diognetus, gr. u. deutsch, mit Einleitung u. Erläuterungen* (Neisse 1851. 4^o) p. 1—9. *Censuram huius libelli feci in Gersdorffii Repertor. d. gesamm. deutschen Litteratur* (Lips.) 1852. N. 2. p. 68 ss.

30) Io. Georg. Walch *Histor. eccles. N. T.* (Ien. 1744. 4^o) p. 617. — Aug. Gabr. Gehle *Brem- u. Verdische Biblioth.* Tom. I. Fasc. II (Hamb. 1753) p. 221. —

Pauci tantum, quid statuerent incerti, rem in medio reliquerunt. Quorum in numerum referendi sunt Io. Ern. Grabe³¹⁾, Theoph. Stolle³²⁾, Prud. Maran³³⁾, Io. Matth. Schroeckh³⁴⁾, alii³⁵⁾.

§. 5.

Ad externa primum quod attinet argumenta, qui S. Iustino Epistolam ad Diognetum censuerunt denegandam esse, plerique fere omnes praeunte Lardnero crediderunt¹⁾ veterum codicum manuscriptorum, quibus continetur, inscriptiones nomen Iustini Philosophi et Martyris neutiquam exhibere, ut non tantum ab Henr. Stephano, qui primus eam edidit, sed eruditorum etiam multorum consensu tributa sit Iustino ex mera coniectura, scilicet propterea quod Iustinianam cogitandi dicendique rationem multimodis redoleat et multa insuper cum scriptis sancti illius Patris habeat communia. Sic autem factum esse ut ex singulari ista editione deinceps in eas quae quotquot innotuerint Iustini opera complectantur editiones recepta sit. Summus hic error viris doctis condonandus. Nam, ut ex ipsorum scriptis huc pertinentibus perspicuum est, neque Stephanianam Epistolae editionem quippe rarissimam in manibus habuerunt neque ullum codicem manu exaratum inspexerunt. Enimvero ex iis quae supra exposui clare patescit Stephanum hanc Epistolam et ad Graecos Orationem, quam una in lucem protraxit, non inani coniectatione sed veteris codicis, quo usus est, auctoritate Iustino tribuisse.

Fuerunt alii, ut Fabricius²⁾, qui putarent Epistolam in codice Vossiano bibliothecae Leidensis, h. e. in apographo Stephani, Amphilochio episcopo tribui. Variorum qui illo co-

Io. Georg. Th. Graesse *Lehrb. einer allgem. Literärgesch. aller bek. Völker der Welt.* Tom. I. Sect. II (Dresd. et Lips. 1838) p. 939.

31) *Spicileg. SS. Patrr. seculi secundi* (Oxon. 1700) p. 165.

32) *Aufricht. Nachricht von den Leben, Schriften u. Lehren der Kirchenvät.* (Ien. 1733. 4^o) p. 56.

33) *Opp. Iustin.* (Par. 1742. Fol.) Prolegg. p. LXXIV s.

34) *Christl. Kirchengesch.* ed. 2. Tom. III (Lips. 1777) p. 45.

35) *Vit. Ant. Winter Patrologie* (Monac. 1814) p. 279. — Franc. Wenz. Goldwitzer *Bibliographie d. Kirchenvv. u. Kirchenll.* (Landish. 1828) p. 14. — Io. Nep. Löcherer *Lehrb. d. Patrolog.*

(Mogunt. 1837) p. 34. — I. A. Annegarn *Handb. d. Patrolog.* (Monast. 1839) p. 26. — Io. Car. Th. Otto *De Iustini Mart. scriptis et doctrina* (Ien. 1841) p. 53 — 60. — Const. Kontogonis *Φιλολογική και κριτική ιστορία τῶν . . . ἁγίων πατέρων καὶ τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν* (Ἐν Ἀθήναις 1846) p. 196.

1) Lardner *Glaubwürdigk.* P. II. T. I. p. 205. — Wiest *Instit. patr.* p. 92. — Moehler *Ges. Schriftl.* T. I. p. 19. — Boehl *Opusc.* P. I. p. 109. — Von Grossheim *De Epist. ad Diogn.* p. 4.

2) Ioann. Albert. Fabricius *Delectus argumentorum et syllabus scriptorum qui veritatem religionis christianae adv. atheos etc. lucubrationibus suis asseruerunt* (Hamb. 1725) p. 48. — Van Senden *Geschichte*

dice continentur tractatum primus quidem in fronte gerit nomen Amphiloehii, quippe auctoris vitae Basili³⁾: sed hoc nihil refert ad Epistolam ad Diognetum. Doctissimus van Hengel, iam supra laudatus, ita mihi scripsit: „In apographo Stephaniano nomen Amphiloehii nusquam legitur. Epistolae titulus sic se habet: τοῦ αὐτοῦ πρὸς Διόγνητον. Iam praepositus quidem est tractatus ita inscriptus: ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΡΟΣ ΗΜΩΝ ΑΜΦΙΛΑΧΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΙΟΥ Διήγησις εἰς τὸν βίον . . . ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ cet. Sed illud τοῦ αὐτοῦ cum eo nihil commune habet. Ipse literas vidisti, quibus nomina auctorum exhibentur, in altero minores, in altero maiores esse, atque sic iam manuum prodi diversitatem. Et praecedens ab alio homine, quam sequens, profectum esse multa sunt quae luculenter doceant. Differunt inter se chartae materies et color, literarum forma, tota scribendi ratio. Hoc illud centum annos, nisi amplius temporis spatium, antiquitate superat.“ Illud vero τοῦ αὐτοῦ unde ortum sit, supra (§. 1) dixi.

§. 6.

Nonnulli autem, Oudinum secuti, negaverunt Epistolam ad Diognetum vere esse a Iustino Martyre profectam¹⁾, quandoquidem neque Eusebius *Hist. eccl.* IV. c. 18 neque Hieronymus *De vir. illustr.* c. 13 in recensendis Iustini operibus mentionem illius fecerint. Ast, hoc argumentum, ex silentio ductum, per se parum habet quo commendetur²⁾ Quid? Omnino iis infringitur quae Eusebius l. c. enumeratis pluribus Iustini scriptis profitetur: Πλεῖστα δὲ καὶ ἕτερα παρὰ πολλοῖς φέρεται ἀδελφοῖς τῶν αὐτοῦ πόνων. Ne opus quidem Iustinianum „contra haereses“ ille historiae ecclesiasticae auctor memoravit. Hieronymus vero in catalogo scriptorum ecclesiasticorum fere nihil praebuit nisi quod in Eusebii historia ecclesiastica invenit. Ex ea nimirum pendet. Noli ad Photii *Bibliothec.* cod. 125. p. 94 s. ed. Bekk. silentium provocare; is enim in Bibliotheca eos tantum libros descripsit quos legerat in Assyria legatione, absente Tarasio fratre, cui illam dedicavit.

der Apologetik, übers. von Quack u. Binder, P. I. (Stuttg. 1846) p. 189.

3) Fabricii *Biblioth. gr.* Vol. VIII. p. 505 s.

1) Oudin *Comment.* T. I. p. 202. — Lardner *Glaubwürdigk.* P. II. T. I. p. 204 s. — Hefele *Opp. PP. apostl.* p. LXXVIII. — Neander *KG.* S. I. T. II. p. 1157.

2) Recte Ceillier *Hist. gén.* T. II. p.

39: „Le silence des anciens n'est pas toujours une preuve convaincante de la supposition d'un ouvrage; et s'il en étoit une, il prouveroit également que la Lettre à Diognet n'est ni d'un Auteur plus ancien que S. Justin même. Les ouvrages d'Athenagore sont reçus de tout le monde, comme étant incontestablement de cet Apologiste. Cependant ni Eusébe, ni S. Jérôme n'en ont rien dit.“

§. 7.

Iam interna quae vocantur argumenta recenseamus. Ac primum quidem chronologica sub examen vocabo; multa enim putabantur Iustini Martyris temporibus nequaquam convenire.

Plurimi autem, Tillemontii parentes auctoritati, hoc urgent¹⁾, Epistolae nostrae auctorem apostolorum se esse discipulum fateri. C. 11: ἀλλὰ ἀποστόλων γενόμενος μαθητής. Idcirco esse eum aetatis S. Iustino Martyre superioris; huic enim, qui anno circiter Christi CL floruerit, illud non convenire. At vero Iustinus, qui non ita multo post apostolorum tempora vivebat, optimo iure poterat sibi illum imponere titulum, qui stricte intellegi non debet; nihil enim aliud illis verbis scriptor exprimit, nisi ipsum factum Christianum ac mera evangelii doctrina, qualem tradiderint apostoli, institutum esse eique animum accommodasse²⁾. Non alio sensu Pseudo-Basilii³⁾ piscatorum discipulum se esse fatetur. Idem profiteri nostro licebat scriptori. Exemplo etiam esse potest symbolum quod vocatur apostolicum, ita appellatum non propterea quod ad ipsos apostolos auctores referretur, sed quod conveniret eorum doctrinae⁴⁾. Verum enimvero, ut quae res sit dicam, verba illa nullam prorsus habent offensionem, quia ad spuriam Epistolae partem pertinent.

§. 8.

Tum Tillemontius quique eum secuti sunt¹⁾ inde, quod res christiana in exordio Epistolae dicatur nova res, quae nunc demum apparuerit (c. 1: τί δὴ ποτε καινὸν τοῦτο γένος ἢ ἐπιτήδευμα εἰσηλθεν εἰς τὸν βίον νῦν καὶ οὐ πρότερον²⁾), con-

1) Tillemont *Mémoire*. T. II. p. 494. — Nourry *Apparat*. T. I. p. 445. — Oudin *Comment.* T. I. p. 202 s. — Roncaglia *Animadv.* T. V. p. 33. — Barlatier *Disq. chronol.* p. 77. — Orsi *Istor. eccl.* T. I. p. 271. — Gallandi *Biblioth.* T. I. p. LXVIII. — Lumpfer *Histor.* P. I. p. 184. — Moehler *Ges. Schriftl.* T. I. p. 19 s. et *Patrol.* T. I. p. 164. — Grimm *Krit. Pred.-Biblioth.* T. XXII. F. III. p. 518 s. — Permaneder *Biblioth.* T. II. Vol. I. p. 51 s. — Grenfell *The Epistles of Barn.* etc. p. XIII.

2) Methodius ap. *Photium Biblioth.* cod. 234. p. 298. ed. Bekk.: Ἰουστίνος δὲ ὁ Νεαπολίτης, ἀνὴρ οὔτε τῷ χρόνῳ πόρρω ὢν τῶν ἀποστόλων οὔτε τῇ ἀρετῇ.

3) *Opp. Basil.* Epist. 355.

4) Aditio locum ev. Joann. 9, 28, ubi Pharisei de se praedicant: Ἡμεῖς δὲ τοῦ Μωυσέως ἐσμὲν μαθηταί. Ne obli- cias secundum eam analogiam fuisse nostro loco scribendum: ἀλλὰ Χριστοῦ, sive κυρίου, γεν. μαθητής. Utrumque enim hoc vocabulum in Epistola, de qua agitur, nusquam invenitur.

1) Tillemont *Mémoire*. T. II. p. 494. — Nourry *Apparat*. T. I. p. 445 s. — Roncaglia *Animadv.* T. V. p. 33. — Barlatier *Disq. chronol.* p. 76. — Orsi *Istor. eccl.* T. I. p. 271. — Gallandi *Biblioth.* T. I. p. LXVIII. — Lumpfer *Histor.* P. I. p. 184. — Moehler *Patrol.* T. I. p. 164. — Permaneder *Biblioth.* T. II. Vol. I. p. 52. — Hefele *Opp. PP. apostl.* p. LXXVIII.

2) Consimiliter scriptor c. 2 doctrinam

cludunt illam non tanto post ecclesiae christianae primordia scriptam esse quanto Iustinus Martyr aetatem degerit, ideoque ei denegandam esse. Vana conclusio. Nam inter duas aetates distinguitur sic, ut christiana aetas opponatur longe remotiori³⁾. Comparat videlicet animo scriptor originis christianae religionis epocham cum originis tempore antiquissimarum religionum tam Gentilium quam Iudaeorum. Itaque ei, quippe reputanti secum quot saecula Christi aetatem remque ab hoc in mundum introductam praecesserint, licebat aetatem a Christo nato exorsam ut praesentem atque rem christianam ut recentem fingere. Iustinus in *Apol.* I. c. 63 disertis verbis: *Υἱὸς Θεοῦ, inquit, καὶ ἀπόστολος Ἰησοῦς ὁ Χριστός ἐστι, πρότερον λόγος ὢν, καὶ ἐν ἰδέᾳ πυρὸς ποτὲ φανείς, ποτὲ δὲ καὶ ἐν εἰκόνι ἀσωμάτων· νῦν δὲ διὰ θελήματος Θεοῦ ὑπὲρ τοῦ ἀνθρωπείου γένους ἄνθρωπος γενόμενος ὑπέμεινε καὶ παθεῖν κτλ.* In eadem Apologia, Antonino Pio eiusque filii adoptivi nuncupata, c. 29 de Antinoo ab Hadriano inter deos relato ait: *Οὐκ ἄτοπον δὲ ἐπιμνησθῆναι ἐν τούτοις ἡγησάμεθα καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν* (h. e. *nostro tempore*: Antinous enim confertur cum paganorum diis longe ante inter deos relatis) *γεγενημένου, ὃν καὶ πάντες ὡς Θεὸν διὰ φόβου σεβεῖν ὤρμηγτο, ἐπιστάμενοι τίς τε ἦν καὶ πόθεν ὑπέρχεν.* Pariter bellum a Bar Cochba excitatum, posteaquam diu finitum erat, vocatur ὁ νῦν γεγενημένος (γενόμενος) πόλεμος l. c. c. 31 et *Dial. c. Tr. c. 1.* Etiam alii Patres christianismum tamquam recens conditum designant. Exempla ut in medium producam, Tertullianus eum vocat sectam novellam (*Apolog.* c. 21) ac novitiolam paraturam (l. c. c. 47). Idem Christianos esse hesternos profitetur (l. c. c. 37). Ipse Eusebius quarto Christi saeculo eadem loquendi ratione utitur in *Praepar. evang.* I. c. 1: *Ταῦτα πρόπαλαι θείοις χρησιμοῖς ἀνακείμενα, νῦν εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας πέφηνεν.* Idem in *Hist. eccl.* c. 4: *Νέοι, inquit, σαφῶς ἡμεῖς, καὶ τοῦτο καινὸν ὄντως ὄνομα τὸ χριστιανὸν ἀρτίως παρὰ πᾶσιν ἔθνεσι γνωρίζεται*⁴⁾.

§. 9.

Porro sunt qui eodem Tillemontio facem praeferente¹⁾ Episto-

christianam *λόγον καινὸν* vocat. C. 9: *... νῦν δὲ σωτῆρα δείξᾶς.*

3) Pape *Handwörterb. d. griech. Sprache* T. II (Bruns 1843) p. 254: „*Νῦν*, nun, jetzt, sowohl von dem gegenwärtigen Augenblick, als von einem längern Zeitraume, der der Vergangenheit und Zukunft entgegengesetzt wird, im Gegensatz von *παλαι*.“

4) Multos praeterea alios simili ratione dicentes inducit C. Kortholt *De christiana religionis novitate a gentibus exprobrata*, in: *Tractat. de calumniis paganorum in vetl. Christianos sparsis* (Kilon. 1668) p. 69. Coll. Eiusd. *Commentar. in Iustinum Mart.* (in fine edit. Colon.) p. 31 et 55.

1) Tillemont *Mémoire*. T. II. p. 494. — Nourry *Apparat*. T. I. p. 446 s. —

lam, de qua agitur, Iustino Martyri opinentur suppositam esse, quod stante adhuc templo Hierosolymitano sit scripta. Nituntur autem in verbis c. 3 obviis, quibus Iudaei aperte dicantur per sanguinem et nidorem et holocausta facere deo sacrificia; nam eversis Hierosolymis temploque diruto (anno Christi LXX) sacrificia ab illis fieri desiisse. Locus hic est: *Οἱ δέ γε θυσίας αὐτῷ δι' αἵματος καὶ κνίσσης καὶ ὀλοκαυτωμάτων ἐπιτελεῖν οἰόμενοι καὶ ταύταις ταῖς τιμαῖς αὐτὸν γεραίρειν*²⁾. Attamen vero urgendum est istud οἰόμενοι, quod quo sensu possit accipi edocebimur, si *Dial. c. Tr. c. 10* contulerimus: . . . *ἡμεῖς, εὐσεβεῖν λέγοντες καὶ τῶν ἄλλων οἰόμενοι διαφέρειν*. Templo in cineres redacto, quum Iudaei non amplius in eo sacrificarent, nonne licuit dicere illos per sacrificia putare se deo pergratum facere? Etsi Iudaeis ademta fuerat sacrificia Hierosolymis deo offerendi facultas³⁾, scriptori tamen, discrimen Christianos inter atque illos exponenti, in universum veluti praecipuam superstitionem licebat ista taxare, quippe quae post quam per vim erepta erant populus iudaicus mente semper retineret ac voluntate, insuper sperans fore ut pristinus ipsi cultus restitueretur.⁴⁾ Provoco ad exemplum Flavii Iosephi, qui anno XCIII. p. Chr. n. (*Antiqq. iudd. III. c. 10*) de sacrificiis non aliter disputavit ac si templum adhuc exstiterit. Ipse Iustinus in *Dial. c. Tr. c. 117* claris verbis pronuntiat: *Θυσίας, . . . τὰς ἐν παντὶ τόπῳ τῆς γῆς γινομένης ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν, προλαβὼν ὁ θεὸς μαρτυρεῖ εὐαρέστους ὑπάρχειν αὐτῷ· τὰς δὲ ὑφ' ἡμῶν (Iudaeos indicat) καὶ δι' ἐκείνων ὑμῶν τῶν ἱερέων γινομένης ἀπαναίνεται*.⁵⁾

§. 10.

Venimus iam ad alterum internorum argumentorum genus, quod videtur gravissimum. Recentiores enim critici prae caeteris contendunt in Epistola ad Diognetum data doctrinas ab iis quae in scriptis vere Iustinianis, h. e. in utraque Apologia et in Dialogo cum Tryphone¹⁾, tradantur adeo diversas inesse, S. Iustinus Martyr ut

Roncaglia *Animadv.* T. V. p. 33. — Baratier *Disq. chronol.* p. 77. — Orsi *Istor. eccl.* T. I. p. 271. — Gallandi *Bibliothec.* T. I. p. LXVIII. — Lumpfer *Histor.* P. I. p. 84 s.

2) Similiter c. 3: *οὗτοι κατάπερ προσδεόμενῳ τῷ θεῷ λογιζόμενοι παρέχειν*.

3) Non Iudaeis sacrificia offerre licebat nisi Hierosolymis: *Dial. c. Tr. c. 46*;

Clemens Rom. *Ep. I. ad Corinth.* c. 41.

4) Friedmann und Graetz *Die angebliche Fortdauer des jüdischen Opfercultus nach der Zerstörung des zweiten Tempels*, in: *Bauri et Zelleri Theolog. Jahrbücher* (Tub.) 1848. Fasc. III. p. 338 ss.

5) Non provoco ad testimonia S. Hilarii aliorumque ad rem illustrandam a Marano *Opp. Iustin.* p. LXXV laudata.

1) Horum scriptorum authentia certa est

illius Epistolae auctor fuisse nequeat. At sunt tamen haud pauca quae respondeam. Ante vero, quam ad adversariorum argumenta accedam examinanda, in memoriam revoco id quod Guil. Muenschler, toto animo ac cogitatione his in rebus versatus, in simili causa — nempe Dialogi *γνησιότητα* defendens — scite admonuit. Qui quidem: „Primum,“ inquit,²⁾ „consentientes me habiturum confido artis criticae peritos, si iudicium, quo libri, uni scriptori attributi, ob sententiarum aliquarum diversitatem et repugnantiam ad diversos auctores referantur, curam et cautionem maximam postulare contendam. Vel acuti scriptores non semper sibi constant contrariasque interdum sententias defendunt vel ex memoriae aut attentionis vitio vel ex animi quadam fluctuatione vel ex studio sententiam suam lectorum captui accommodandi. Minus accurate igitur ageremus saepissimeque falleremur, si hanc legem criticam scriberemus: Libri, quorum quaedam sententiae inter se pugnant, eiusdem auctoris esse non possunt. In primis ad eos scriptores, qui ea, quae scribant, diligenter expendere et notionibus satis distinctis et definitis operam dare non solent, ista lex applicari sine aperto errandi periculo non potest. Nec igitur in ecclesiae Patres quadrat, quorum plurimos minus accuratos in scribendo fuisse neque semper sibi constare omnibus notum est.“ Ea maxime de Iustino valere, neminem vere criticum, qui eius scripta attente perlegerit, scio infitiatum esse³⁾. Exemplis id probare possem: a quibus tamen enumerandis abstineo, quum infra occasio data sit passim memorandi nonnulla huc spectantia.

Unum superest quod attingam. Amabant quum Apologetae fere omnes tum Iustinus noster nonnunquam optimo iure *κατ' οἰκονομίαν* disputare, h. e. in quaestione quadam instituta non semper ita versabantur ut plene eam cumulateque perficerent, sed in ea ut hoc tantum exponerent et illustrarent quod pro re nata summi erat momenti. Quocirca, ut quod volebant certius assequerentur, unius eiusdemque materiae pro tempore et loco nunc partem hanc nunc illam curatius tractabant, simul Gentilium ingenio et cogitandi rationi sapienter se attemperantes⁴⁾. Formalis igitur differentia est, non materialis. Unde

et explorata. Sed Iustiniana origo Orationis ad Gentiles, Cohortationis ad Gentiles, libelli De monarchia, tractatus De resurrectione a multis criticis in dubium vocata est. Adeas meam de his scriptis expositionem in *Erschii et Gruberi Allgem. Encyclopädie d. Wissenschaften u. Künste*. Sect. II. s. v. „Iustinus der Apologet.“

2) *An Dialogus c. Tryph. Iustino Mart. recte adscribatur* (Marb. 1799. 4^o) p. 16.

3) Vel in iis scriptis, de quorum authenticitate nemo hodie dubitat, parum sibi constat. Fr. Chr. Schlosser *Universalhist. Uebersicht der Gesch. d. alten Welt*. T. III. P. III (Francof. ad M. 1832) p. 107: „Zuerst ist ganz deutlich, dass die beiden Vertheidigungen des Christenthums in einem ganz andern Geist geschrieben sind, als das Gespräch mit dem Iuden Tryphon.“

4) *Recte Semisch Iustin d. Märts. P.*

sequitur, etiamsi in Epistola nostra evidenter nonnulla ostenderentur quae contra sententias in genuinis Iustini scriptis obvias repugnent, nondum posse certo ac liquido concludi alium quemdam diversumque a Iustino illam scripsisse.

§. 11.

Primum sententiae, quae de deorum cultu inter Gentiles vigente proponuntur, repugnare sibi existimantur. Etenim Grossheimio praeunte Semischius alique viri docti¹⁾ Iustinum asserunt putare deos Gentilium esse spiritus realiter existentes, scilicet daemones, Epistolae vero auctorem c. 2 eos habere pro meris simulacris: unde alium quam Iustinum Epistolam exarasse colligunt. Is enim in Apologia maiori docet homines, qui res quae fiebant ratione non diiudicarent, a daemonibus adeo terriculamentis percussos esse ut metu correpti ac malos daemones esse ignari eos deos appellarent et eo quemque designarent nomine quod sibi quisque daemon imposuisset (*Apol. I. c. 5*). Addit autem horum daemonum, qui sacrificia et cultum ab hominibus praeter rationem viventibus petant (*l. c. c. 12. coll. Apol. II. c. 5*), et nomina et figuras referre deorum statuas (*Apol. I. c. 9*).

Observandum igitur est Martyrem deos (daemones) inter atque ea quibus repraesentantur (simulacra) distinguere. Unam autem alteramve huius sententiae suae partem, id quod critici illi prorsus non considerarunt, in Gentilium cultu impugnando solet pro re nata maxime respicere. Et id suo iure. Quemadmodum enim in rebus aliis, sic hic quoque fons ei est Vetus Testamentum secundum alexandrinam Septuaginta virorum interpretationem. Quodsi pronuntiat deos Gentilium esse daemones, nititur Ps. XCVI. 5, ad quem aliquoties (*Dial. c. Tr. cc. 79. 83*) provocat: Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἔθνῶν δαιμόνια. Iis vero locis, quibus illos nil nisi simulacra esse contendit, animum intendit ad I Parall. XVI. 26: Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἔθνῶν εἰδῶλα. Denique loco ante memorato, *Apol. I. c. 9*, quo plene suam exponit sententiam, procul dubio illas interpretationes mente contexuit; id quidem patet ex *Dial. c. Tr. c. 55*, ubi: Τὸ ἅγιον πνεῦμα, inquit, διὰ τοῦ ἁγίου Δαυὶδ εἶπεν· Οἱ θεοὶ τῶν ἔθνῶν, νομιζόμενοι θεοί, εἰδῶλα δαιμονίων εἰσίν, ἀλλ' οὐ θεοί.

I. p. 156: „Justinus entwickelt niemals einen Begriff nach allen seinen Momenten an Einer Stelle, sondern hebt immer nur je nach Verschiedenheit der Veran-

lassung die eine oder die andere Seite desselben einseitig heraus.“

1) Von Grossheim *De Epist. ad Diogn.* p. 7 s. — Herbig *De scriptt. Iust.*

Adde c. 73: *Ὅν ἐστιν ὁμοίος τοῖς τῶν ἐθνῶν θεοῖς· ἐκεῖνα γὰρ εἰδωλά ἐστι δαιμονίων*²⁾.

Ratione autem habita Gentilium, qui ista tempestate ad id stultitiae delapsi erant ut re vera effigies colerent neque ea quae designabant, satis clarum est cur Martyri tantummodo alteram illius doctrinae partem plerumque tractare licuerit: ad hanc enim disputandi methodum errori castigando maxime accommodatam perversa Gentilium opinione agendique ratione ista provocabatur. Optime sic taxare et reprobare poterat quae in usu erant vitaeque communi: nimirum illi neutiquam deos colebant, sed dumtaxat deorum simulacra: in quibus omnem fiduciam reponebant³⁾. Quod quidem etiam effecit ut in Epistola quaestio de cultu Gentilium divino non ita omnibus suis numeris et partibus absolveretur, ad ipsam idololatriae originem ut recurretur. Inutile sane hoc et praeter rem fuisset⁴⁾. Audiamus quid scriptor (c. 2) dicat. Primum ad opinionem popularem se demittens admonet Diognetum gentilem, ut non solum oculis sed etiam ratione perspiciat, cuius substantiae aut cuius formae (*τίνος ὑποστάσεως ἢ τίνος εἶδους*) sint quos Gentiles et vocent et existiment (*οὓς ἐρεῖτε κ. νομίζετε*) deos. Dein ostendit simulacra ista e varia materia studiis artificum (*ἣν ἕκαστον μεταμεμορφωμένον*) ficta eaque surda, caeca, omnis sensus expertia, putredini obnoxia (*κωφά, τυφλά, ἄψυχα κτλ.*) esse. „Idcirco sunt Gentilibus odio Christiani, quia hos esse deos non arbitrantur. Quid? Gentiles quum deos suos lapideos et testaceos haud custoditos colant, argenteos autem et aureos noctu includant atque interdium, ne furto auferantur, custodes apponant, multo magis quam Christiani eos contemnunt, irrident, contumelia afficiunt.“ Consimiliter Iustinus insigni illo loco *Apol. I. c. 9*, quo daemonum mentionem eum vidimus iniecisse, de statu is loquitur quae dii vocentur a Gentilibus⁵⁾: Christianos minime eos colere quos illi, postquam

p. 84. — Semisch *Justin d. Mär.* P. I. p. 179 s. — Hefele *Opp. PP. apostl.* p. LXXVII.

2) Comp. *De resurr.* c. 5. p. 222. Similiter Irenaeus *adv. haeres.* IV. c. 24. §. 2: „Doctrina, deos gentium non solum non esse deos, sed et idola esse daemoniorum.“ *Ib.* III. c. 6. §. 3: „Quemadmodum apud David: *Diī gentium idola daemoniorum.*“ Clemens Alex. *Protrept.* c. 4. §. 62: *Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμονίων εἰσὶν εἰδωλά.*

3) *Coll. de resurr.* l. c.: *Τῶν γὰρ ἐθνῶν ἀπάντων ἐπὶ τὰ εἰδωλά πεπιστευκότων καὶ πεπεισμένων ὅτι πάντα θνητὰ αὐτοῖς ἐστὶν κτλ.*

4) Analogiam praebent quum alia tum

Iustini indicium de philosophia gentili. Semisch l. c. p. 127: „Nach dem Urtheile Justin's war die griechische Philosophie ein Konglomerat grober Irrthümer mit Beimischung einer partiellen Wahrheit. Diese Ansicht herrscht ebensowohl in den Apologieen und dem Dialoge als in der Mahnrede, aber mit dem Unterschiede, dass in dem Dialoge und besonders in der Mahnrede der erste Faktor derselben am entschiedensten hervortritt, während die Apologieen vorzugsweise den zweiten Faktor hervorheben.“

5) Petr. Halloix *Vit. et docum. S. Iustini Mart.* (Duaci 1622) in: *Illustr. ecclesiae orient. Scriptl., qui ... sec. Chri-*

effinxerint et in fanis collocaverint, deos appellent, siquidem haec sint inanima et mortua. Οὐδὲ θυσίαις πολλαῖς καὶ πλοκαῖς ἀνθῶν τιμῶμεν οὓς ἀνθρωποὶ μορφώσαντες καὶ ἐν ναοῖς ἰδρύσαντες θεοὺς προσωνόμασαν, ἐπεὶ ἄψυχα καὶ νεκρὰ ταῦτα γινώσκωμεν. Satis notum esse eos, qui dii vocentur, artificum studii ficta esse ex materia, quam variis modis tractent. Immo saepe ex vasis inhonestis forma tantum artificiose immutata et effigie inducta deos ab istis cognominari. Ut ipsa verba proferam: *Τί γάρ, inquit, δεῖ εἰδόσιν ὑμῖν λέγειν, ἃ τὴν ὕλην οἱ τεχνῖται διατιθέασι ξέοντες καὶ τέμνοντες καὶ χωνεύοντες καὶ τύπτοντες; Καὶ ἐξ ἀτίμων πολλαῖς σκευῶν διὰ τέχνης τὸ σχῆμα μόνον ἀλλάξαντες καὶ μορφοποιήσαντες θεοὺς ἐπονομάζουσιν.* Coll. *Epist. ad Diogn. c. 2*: Οὐχ ὁ μὲν αὐτῶν λιθοξόος, ὁ δὲ χαλκεύς, ὁ δὲ ἀργυροκόπος, ὁ δὲ κεραιμὲς ἐπλασεν; . . . Οὐ τὰ νῦν ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης ὄντα σκευὴ γένοιτ' ἂν, εἰ τύχοι τῶν αὐτῶν τεχνιτῶν, ὅμοια τοιούτοις (h. e. τοῖς εἰς τὴν μορφὴν τῶς θεῶν ἐκτυπωθεῖσιν); Talibus rebus corruptioni obnoxiiis et assiduam curam requirentibus dei nomen imponere Iustinus *Apol. I. l. c.* non tantum a ratione alienum esse, verum etiam contumeliam in deum commissam censet. Concludit exclamatione: Ὡς τῆς ἐμβροτησίας, ἀνθρώπους ἀκολάστους (artifices notat vitiiis deditos) θεοὺς εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι πλάσσειν λέγεσθαι καὶ μεταποιεῖν, καὶ τῶν ἱερῶν, ἐνθα ἀνατίθενται, φύλακας τοιούτους καθιστάναι, μὴ συνορῶντας ἀθέμιτον καὶ τὸ νοεῖν ἢ λέγειν ἀνθρώπους θεῶν εἶναι φύλακας! Coll. *Epist. ad Diogn. l. c.*: Οὐχ ὁ μὲν τις (sc. deorum) λίθος ἐστίν . . . χρήζων ἀνθρώπου τοῦ φυλάξαντος; . . . Οὐ πολὺ μᾶλλον αὐτοὺς χλευάζετε καὶ ὑβρίζετε, . . . φύλακας παρακαθίσαντες, ἵνα μὴ κλαπῶσιν; Ex illis patet Martyrem lubentius contra simulacra disputasse, quam contra daemones illis repraesentatos. Certe ista disserendi ratione melius excitabat sensum Gentilium moralem, eosque ut suae ipsorum puderet stultitiae efficiebat. Perpaucos supra citavi locos quibus divinum inter Gentiles cultum ad daemones refert. Sed liceat ex multis locibus, etiamsi occasio data erat, ne verbo quidem daemonum mentionem iniicit saltem hosce afferre. Homines gentiles εἰδωλολάτραις esse dicit *Dial. c. Tr. c. 130*; eos dei nomen inscribere τοῖς χειροποιήτοις *c. 35* contendit. *Apol. I. c. 53*: Ἔρημα γὰρ ἦν πάντα τὰ ἔθνη ἀληθινοῦ θεοῦ, χειρῶν ἔργοις λατρεύοντα. Christum autem effecisse ut a simulacris (ἀπὸ τῶν εἰδώλων), quae adorassent, accederent ad deum: *Dial. c. Tr. c. 11*. Illa scilicet esse res inanimas, ex

sti saec. floruerunt, vult. et docum. (ib. gentium et eorum oblationibus eadem
1636. Fol.) p. 280 s.: „De diis autem tractantur in Apologia ad Antoninum Pium.“

materia fabrefactas; cf. c. 69: *Συνεῖναι ὑμῖν δυνατόν, πῶς καὶ τοῖς ἐρήμοις γνώσεως Θεοῦ, λέγω δὲ τοῖς ἔθνεσιν, οἱ καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐχ ἑώρων οὐδὲ καρδίαν ἔχοντες συνίεσαν, τὰ ἐξ ὕλης κατασκευάσματα προσκυνοῦντες, ὁ λόγος προέλεγεν ἀρνηθῆναι αὐτὰ καὶ ἐλπίζειν ἐπὶ τοῦτον τὸν Χριστόν.* Verbis οἱ καὶ . . . *συνίεσαν* alludit ad Ps. CXIII. 5. 6. Eadem occurrit sententia in *Epist. ad Diogn.* l. c.: *τέλεον δ' αὐτοῖς* (diis vestris, rebus inanimis et caducis) *ἐξομοιοῦσθε.* Evidens ibi allusio est ad imprecationem eiusdem Psalmi v. 8, in idolorum cultores factam: *Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιτο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς.* *Comp. Dial. c. Tr. c. 55: Καὶ ἐπάγει κατάραν τοῖς ποιοῦσιν αὐτὰ καὶ προσκυνοῦσι.* Videsis *ibid.* not. 5. Gentilibus, qui Christum agnoverint, *πατρικὸς καὶ ὑλικὸς (materiales) Θεοῦς* periisse: l. c. c. 134⁶).

Itaque illis in locis omnibus, quibus alii addi possunt, de daemonibus ne γρὸν quidem. Quippe amat Iustinus οἰκονομικῶς rem isto modo tractare. Eodemque modo res tractatur in Epistola. Quid? Licet in ea optimo iure origo idololatriae non exponatur, indicatur tamen verbis c. 2. obviis: *μὴ δεδουλώσθαι Χριστιανὸς τοιοῦτος* (quales dii Gentilium sunt) *θεοῖς*, h. e. *huiusmodi diis* (materia fabrefactis) *in servitutem redactos sive addictos non esse.* Aliud enim sonat *μὴ δεδουλώσθαι*, aliud *μὴ δουλεύειν*, licet hoc ex illo sequatur. Qui dicuntur deo vero *δουλεύειν* non tamen et *δεδουλώσθαι* dici solent. Itaque sic haud dubie locutus est auctor, ut hanc servitutem, qua falsis diis servitur, tamquam coactam et per improba daemonum commenta extortam ab altera distingueret. *Apol. I. c. 58: Daemones τοῖς γηῖνοις καὶ χειροποιήτοις* (h. e. simulacris) *προσήλωσαν καὶ προσηλοῦσι* sc. *τοὺς ἀνθρώπους.* *Ibidem c. 14* lectores admonentur ut sibi a daemonibus caveant: *ἀγωνίζονται γὰρ ἔχειν ὑμᾶς δούλους καὶ ὑπηρέτας*, h. e. *servos quorum etiam ministerio utantur.* *Coll. Apol. II. c. 5: Τὸ ἀνθρώπειον γένος ἑαυτοῖς ἐδούλωσαν.* Auctor autem, ne Epistolam nimis extendat, non vult de istorum machinationibus disputare, id quod ipse verbis l. c. adiectis significat: . . . *πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα εἶπεῖν ἔχομι· εἰ δέ τιμι μὴ δοκοῖη κἂν ταῦτα ἱκανά, περισσὸν ἡγοῦμαι καὶ τὸ πλείω λέγειν.*

Haec iam sufficiant ad adversarios refellendos. Quibus vix ac ne vix quidem licebat ex illis de idololatria dictis elicere argumentum, etiam eo nomine quod Iustinus hac in materia tractanda fluctuat nec sibimet satis constat. Nam, ut exemplum producam, in Apologia maiori

6) Etiam in *Act. martyr. Iustin. et socc.* c. 5 (*Corp. Apoll. Vol. III. p. 272*) martyres Rustico praefecto, exhortanti ut diis

sacrificet, respondent: *Ἡμεῖς . . . εἰδῶλοισ οὐ θύομεν.*

(ll. cc.) idololatriam a solis daemonibus repetit, in minori (c. 5 coll. c. 9) ab eorum parentibus, malis angelis, qui, ex quo cupiditatum morbis emancipati sint, eguerint sacrificiis; daemones obiter tantum memorat. Adeas ibid. p. 182. not. 13. Non provoco ad dubiam Cohortationem ad Gentiles, quae, etsi dedita opera de idololatriae origine loquitur, nusquam tamen daemonum mentionem facit, sed in prorsus aliam descendit sententiam; docet enim deorum simulacra originem debere falsae loci Genes. I. 26 interpretationi. C. 34: *Εἰ δὲ καὶ τὸν περὶ τῶν ἀγαλμάτων τις ἐξετάζοι λόγον, πόθεν ὀρμώμενοι οἱ πρῶτοι τοὺς θεοὺς ὑμῶν κατασκευάσαντες ἀνθρώπων μορφὰς ἔχειν αὐτοὺς διέγνωσαν, εὐρήσει καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς θείας ἱστορίας αὐτοὺς μεμαθηκότας. Τῆς γὰρ Μωυσέως ἱστορίας ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ λεγούσης· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν, ὡς οὕτως εἰρησθαι τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὴν μορφὴν εἰκότων τῷ θεῷ, οὕτω κατασκευάζειν τοὺς θεοὺς αὐτῶν ἤρξαντο, ἐκ τοῦ ὁμοίου τὸ ὁμοιον δημιουργεῖν οἰόμενοι.* Neque idem tractatus multorum deorum cultum a daemonibus repetit, sed a serpente (Gen. III. 5: ἔσσεθε ὡς θεοί), qui deos appellaverit eos qui non erant, ut homines, arbitrati alios etiam deos esse, se quoque deos fieri posse crederent; protoplastos autem nomen deorum prognatis ex se hominibus tradidisse. Cf. c. 21. p. 72⁷⁾. Diversae hae sententiae de deorum cultu inter Gentiles vigente aliquatenus quidem possunt cum sententiis consociari a Martyre in Apologiis et in Dialogo expositis, sed tantum artificiose nec tam facile quam illa in Epistola ad Diognetum pronuntiata.

§. 12.

Tum Moehlero, Grossheimio, Semischio, aliis viris eruditissimis¹⁾ quae de sacris Iudaeorum ritibus in nostra Epistola c. 3 et 4 dicuntur doctrinae in Dialogo cum Tryphone propositae adeo adversari videntur, ut illa ad eundem atque hic auctorem referri nequeat. At vero, res si accuratius expenditur, ista repugnantiae species diluetur.

Contendunt illi, potissimum Semischius, in Epistola (c. 3) ritum Iudaeorum sacrificum eodem loco haberi cum Gentilium cultu;

7) Pari modo alii Patres eadem de re fluctuant in uno eodemque tractatu, ut Cyrillus *adv. Julian.* IV. (Opp. ed. Aubert. T. VI.) p. 121 s. coll. III. p. 91. — In Apologia prima (cc. 10. 23) Iustinus dicit daemones perfecisse, nefanda ut facinora Christianis affigerentur; in Dialogo (c. 17) anticipatae il-

lius malae opinionis auctores Iudaeos vocat.

1) Moehler *Ges. Schrift.* T. I. p. 20 et *Patrol.* T. I. p. 164. — Von Grossheim *De Epist. ad Diogn.* p. 9 ss. — Herbig *De script. Iust.* p. 85 s. — Semisch *Justin d. Mär.* P. I. p. 180 s. — Guericke *Handb. d. Kirchengesch.* ed. 5 (Hal. 1843) p. 222.

illum non divinitus institutum putari, sed inventum ab hominibus. Iustinum contra in Dialogo cum Tryphone Iudaeo sacrificia docere lege divina esse praescripta, maxime propter conflatum in solitudine adoratumque vitulum aureum, Iudaei ut in posterum simulacra respuerent ac dei essent memores. Cf. *Dial. c. Tr.* cc. 19. 22. 67. 92. Attamen illi viri docti non respexerunt, qui cardo sit disputationis in Epistola institutae. Scriptor enim de causa illa et origine rei apud Iudaeos sacrificialis ne verbum quidem facit, idque summo iure (agit enim cum pagano), sed, ut in idololatria impugnanda, vehementer illorum per-versam de re ista perstringit opinionem, quae tum temporis admodum vigebat. Inde autem, quod cur antiquitus praescripta sint sacrificia silentio praetereat, certo coniciere non poteris ipsum de origine illorum divina dubitasse. Dicit Iudaeos rectius quam Gentiles sentire, quandoquidem non plures deos sed unum agnoscant et colant. In hoc tamen eos cum Gentilibus consentire, quod, falsas notiones de numine divino foventes, sacrificiis se illi tamquam indigenti putent pergratum facere. Dum videlicet opinentur se aliqua praebere deo, nullius sane rei indigo (τῷ μηδενὸς προσδεομένῳ — οὐδενὸς ἂν αὐτὸς προσδέοιτο τούτων ὧν τοῖς οἰομένοις διδόναι παρέχει αὐτός), eumque sic honorare, nihil ipsos videri differre ab iis qui sensu carentia eodem honore studiose prosequantur, quae percipere honorem non possint. Hoc igitur sibi vult auctor: Uni quidem deo Iudaeos servire, sed ita, quasi eorum servitio indigus sit. Hanc cavillatur ridiculam Iudaeorum opinionem. Pariter Iustinus in Dialogo saepius data opera contra illos hoc urget, sacrificia non sic facienda esse ac si deus iis indigeat. C. 22: Διὰ τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ ὑμῶν καὶ διὰ τὰς εἰδωλολατρίας, ἀλλ' οὐ διὰ τὸ ἐνδεῆς εἶναι τοιοῦτων προσφορῶν, ἐνετείλατο ὁμοίως ταῦτα γίνεσθαι. Ibidem: οὐτε ὡς ἐνδεῆς τὴν ἀρχὴν ἐνετείλατο ποιεῖν sc. θυσίας. Adiciat c. 67. p. 230. B. Propter stultam opinionem istam cultus Iudaeorum non videbatur a cultu Gentilium differre. Quibus pariter inculcat Martyr deum haudquaquam indigere sacrificiis. Loco enim incluto *Apol. I.* c. 9. post quam de idololatria locutus est addit c. 10: Ἀλλ' οὐδέεσθαι τῆς παρὰ ἀνθρώπων ὑλικῆς προσφορᾶς προσεἰλήφαμεν τὸν θεόν, αὐτὸν παρέχοντα πάντα ὀρώντες. Repetit c. 13 deum ἀνευδεῆ esse αἱμάτων καὶ σπονδῶν καὶ θυμιαμάτων. Iudaei autem ad opinionem istam adducti erant a magistris, qui, id quod Iustinus in *Dial. c. Tr.* c. 114 iis exprobrat, docebant summum numen manus et pedes et animam habere instar animalis compositi ideoque affectus et appetitus. Eundem errorem Iudaeis attribuunt Origenes *Hom. III. in Genes.*, Eusebius in *Psalm.* (*Collect. nov. PP.*

et scriptt. ed. Montf. T. I) p. 313 et 336, Cyrillus *c. Iul.* VIII (Opp. ed. Aubert. T. VI) p. 256. Observat Philo hunc errorem actionibus magis quam verbis declarari: τὴν μὲν ἀτοπίαν τοῦ λόγου ὅτι ἀνθρώπομορφον τὸ θεῖον ἀποδιδράσκοντες, τὴν δὲ ἐν τοῖς ἔργοις ἀσέβειαν ὅτι ἀνθρωποπαθεῖς ἐπανορθούμενοι — *De sacrificiis Abel. et Cain.* (ed. Hoesch.) p. 146.

Porro scriptor (c. 4) non tantum meticulosam Iudaeorum circa cibos cautionem et circa sabbata celebranda superstitionem eludit, sed perstringit quoque eorumdem de circumcissione iactantiam atque simulatam in ieiuniis et noviluniis servandis religionem; haec omnia ingenue profitetur esse ridicula. Iudaeos enim primum dicit iniuste facere, quod alio tamquam recte creata admittant, alia ut inutilia reiiciant. Deinde eos impie agere, quod deum mentiantur vetare quidquam, quod quidem honestum sit, sabbati die facere. Tum de carnis imminutione tamquam electionis testimonio gloriari irrisione dignum censet. Denique quod et menses et dies certos observent atque temporum vices aut ad festos dies aut ad luctus pro suo arbitratu distribuunt, dementiae ipsos argumentum exhibere. Iustinum vero critici illi contendunt docere universam legem ritualement Iudaeis divinitus imperatam olim esse propter iniquitates eorum cordisque duritiam (*Dial. c. Tr.* cc. 18. 46); mandata de cibis sabbatisque observandis a deo esse Iudaeis data ut continuo memoriam eius in animis haberent (cc. 19. 20), circumcissionem autem secundum carnem illos accepisse ut quum a reliquis gentibus tum a Christianis segregarentur et legitimas propter animi contumaciam poenas solverent: non enim aliam esse notam, qua prae caeteris mortalibus agnoscantur (cc. 16. 92). Haec docet Iustinus. Ubi vero docet? Nusquam nisi in Dialogo. Ibi cum Iudaeis agit, non cum Gentilibus. Quid igitur? Iudaeis primarius fons erant Veteris Testamenti libri: ex his igitur ortus legis iis demonstrandus; Gentilibus fons erat vita quotidiana: ex hac igitur iis ostendendum quales Iudaei apparebant. Illic praecipue ratio habenda legis initio datae a deo; hic potissimum oculi advertendi ad legem temporis decursu deformatam a Iudaeis. Perversum hoc studium auctor Epistolae maxime respuit, quo ducti ultra legem a deo primitus sancitam progrediantur suo arbitratu et ea gloriantur. Itaque eos partim *πολυπραγμοσύνης* accusat, propter curiosum ipsorum studium permulta coacervandi ad cultum dei pertinentia, partim *ἀλαζονείας*, quam in omnibus legibus observandis exhibebant.

Totam autem doctrinam de sacris Iudaeorum ritibus licebat scriptori ista ratione proponere, quod non aetatis quae Christi adventum in terram antecessit, sed aetatis ab hoc adventu coepta e

rationem haberet. Pariter Iustinus in Dialogo cum Tryphone docet: „Vetus rex ritualis non aeterna est (c. 40. not. 6) sed populo iudaico data propter eius iniquitates et cordis duritiam, nec necessaria ad salutem nanciscendam, prout ex historia patet patriarcharum, qui etsi illam non observarunt deo tamen placuerunt (cc. 19. 20 ss. 46. 67. 92), ideoque non nisi typus eorum quae ad Iesum eiusque res pertinent (cc. 40. 41. 42): unde concludendum est eam temporalem fuisse ac particularem²⁾ habuisseque finem in Christo, dei filio a prophetis praenuntiato, qui lex nova et aeterna universo mundo praedicatus est“ (cc. 11. 23. 30. 43. 67). Lex adversus legem posita priorem abrogat. *Νόμος κατὰ νόμον τεθείς τὸν πρὸ αὐτοῦ ἔπαυσε, καὶ διαθήκη μετέπειτα γενομένη τὴν προτέραν ὁμοίως ἔστησεν* — c. 11. Contendit legem antiquitus datam deo, quandoquidem novam dederit, prorsus displicere: hunc igitur Iudaeorum sacrificia, quibus non egeat, respuere (cc. 22. 41. 117), neque iam hircorum et ovium sanguine aut vitulae cinere similiaeve oblationibus placari (c. 13): nempe sacrificia, ad tempus data, Christi morte sublata esse (cc. 40. 46). Deum post filii adventum reprobare panem absque fermento, quo sumto ipsius voluntatem impletam putent (c. 12); iam deum sabbata reiicere, quibus, quod inertes sint per unum diem, pii sibi esse videantur (cc. 12. 23); iam deum nolle circumcisionem olim in signum, non vero ad opus iustitiae institutam (cc. 23. 28. 137), in qua male plurimum gloriantur (c. 12); iam deum repudiare falsa ieiunia (cc. 15. 40). Novae legi obsequendum esse. Iudaeos autem, idque praesertim culpa magistrorum (cc. 112. 113, coll. c. 115), omnia carnali modo (*σαρκικῶς*) intelligere et *εὐσέβειαν* putare esse, si, dum legem observent, dolo animi et omni sint nequitia cumulati (c. 14). Absconditum dei consilium et novam legem eos ignorare (c. 123). Non considerantes, cur et quod ad tempus olim data sit lex ritualis³⁾, etiam post, quam Christus advenit, per sanguinem et nidorem et holocausta facere se deo sacrificia autumabant. At vero abrogata lege etiam illa sublata erant; quae igitur post Christi adventum fiebant, non talia erant qualia deus antiquitus praeceperat: videlicet non iam offerebantur propter populi peccata, sed utique propter dei penuriam. Ita, idque luce clarius patet, Iudaei hand videbantur differre a Gentilibus, qui etiam sacrificia propterea faciebant quod deos iis indigere opinabantur. Omnino

2) Aliter statuit de lege ethica; namque Mosen dicit multa praescripsisse *φύσει κατὰ καὶ δίκαια*. Qui fecerint quae sint natura et perpetuo praeclara (*τὰ καθόλου καὶ φύσει καὶ αἰώνια καλά*) deo gratos esse. *Dial. c. Tr. c. 45.*

3) C. 12: *μὴ νοοῦντες, διὰ τί ὑμῖν προσετέθη*. Negabant ob peccata illam datam esse; c. 67: *ὅτι διὰ τὸ σκληροκάρδιον τοῦ λαοῦ ὑμῶν διὰ Μωυσέως τινὲς τῶν ἐντολῶν τεθειμέναι εἰσὶν, ἀναλύειν πειρώμενος*.

autem Iudaei, quum legem mosaicam ad tempus praescriptam et Christi adventu abrogatam obstinate retinerent, anxie observarent, additamentis curiose augerent, eius observantia gloriarentur, ex ea omnem pendere iustitiam ac salutem putarent, perverse et sentiebant et agebant. Haec igitur Epistolae sententia, uti vides, nequaquam repugnat Iustinianae, sed eius consequentiam continet. Scriptori vero, quum tantummodo Iudaeorum suae, h. e. christianae, aetatis rationem haberet⁴⁾, de veteris legis et origine et abrogatione expositionem licebat praetermittere. „Si enim,“ recte Lumpertus⁵⁾ ait, „Diogneto, gentili omnis revelationis inscio, abrogationem legis mosaicae ostendere voluisset, oportuisset ei totam revelationis oeconomiam exponere, quod prolixitate sua argumentum Epistolae longe superasset. Ad haec potuit oportune ex hoc capite religionem mosaicam impugnare, quum religionem christianam ex adverso capite commendare in animo habuerit. Atque hoc est argumentum, quod in sua Epistola ulterius prosequitur.“

Cum illo argumento aliud arcte cohaeret a Boehlio excogitatum et aliquot viris literatis⁶⁾ probatum. In eo cernitur, quod, quum Iustinus non solum accurata legis mosaicae et prophetarum cognitione instructus sit, sed etiam ex sacris Veteris Testamenti libris, quorum divinitatem quam maxime veneratus sit, ad defendendam religionem christianam argumenta saepissime petierit, huius contra Epistolae auctor libros Veteris Testamenti parum curaverit, quandoquidem neque ullum ex iis locum alleget neque verbo quidem divinam iis vindicet auctoritatem. Tale argumentum quippe ex silentio elicatum nihil valere constat. Verum enimvero utraque illa re haud erat opus. Agitur enim cum Gentili, non cum Iudaeo. Martyr in proluxa Cohortatione ad Graecos, si ab eo profecta est, perraro Veteris Testamenti libros citavit. Quid? In Apologia priori usque ad c. 32 et in tota Apologia posteriori nullum locum, etiamsi interdum copia data erat, allegavit ex Vetere Testamento. Nihilosecius, id quod viri illi non animadverterunt, et in brevi nostra Epistola aliquoties illud in usum suum convertit; qua re ostendit se id nec ignorasse nec contempsisse. C. 2 verba τέλεον δ' αὐτοῖς ἐξομοιοῦσθε apertam allusionem continent ad imprecationem *Psalm.* CXIII. 8 in cultores simulacrorum factam. C. 7 verbis τίς αὐτοῦ τὴν παρουσίαν ὑποστήσεται; ad illud *Malach.*

4) Huc forsitan respiciens Neander non aperte negat Epistolae scriptorem de divina legis origine dubitasse, sed caute ait *KG. S. I. T. II.* p. 1157: „Er scheint den jüdischen Kultus nicht von göttlicher Stiftung abzuleiten.“ *Coll. Schroeckh KG. T. III.* p. 45. — *Halloix Illustr. ecclesiae orient. Scriptt. T. II.* p. 280: „De

Iudaeis quidem ea, quae profert, valde iis similia sunt, quae in Tryphone.“

5) *Histor. P. I.* p. 192.

6) Boehl *Opuscc. P. I.* p. 112 s. — *Permaneder Biblioth. T. II. Vol. I.* p. 52. — Hefele *Opp. PP. apostt.* p. LXXVII. — Grenfell *The Epistles of Barn. etc.* p. XIII.

III. 2 evidenter respicit: *τίς ὑποστήσεται ἐν τῇ ὀπτασίᾳ αὐτοῦ; C. 9 τροφέα, πατέρα, διδάσκαλον κτλ.* dicta sunt ratione habita locorum *Iesaiæ XI. 2. 3 et XII. 2. C. 10: οὗς* (sc. ἀνθρώπους) *ἐκ τῆς ἰδίας εἰκόνας ἔπλασε coll. Genes. I. 27⁷).*

§. 13.

Sed novae surgunt obiectiones velut hydrae capita. In doctrina enim de Christi persona et munere censet Semischius¹⁾ adeo Epistolam differre a sententia Iustini Martyris, ab hoc auctore ut confecta esse nequeat.

Ad personam Christi quod attinet, ipse Semischius concedere coactus est auctorem Epistolae in universum consentire cum Iustino; in singulis tantum ab eo discedere. Numne vero eamdem putas materiam semper iisdem esse verbis exponendam? Levis discrepantia dumtaxat in eo cernitur, quod in Epistola id de quo Martyr plerumque solet simpliciter dicere amplificatur et exornatur. Provocat ille vir doctus ad illustrem locum c. 7: *Αὐτὸς ἀληθῶς ὁ παντοκράτωρ καὶ παντοκτίστης καὶ ἀόρατος Θεός, αὐτὸς ἀπ' οὐρανῶν τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸν λόγον τὸν ἅγιον καὶ ἀπερινόητον ἀνθρώποις ἐνίδρυσεν καὶ ἐγκατεστήριξε ταῖς καρδίαις αὐτῶν, οὐ, καθάπερ ἄν τις εἰκάσειεν, ἀνθρώποις ὑπηρέτην τινὰ πέμψας ἢ ἄγγελον ἢ ἄρχοντα ἢ τινα τῶν διεπόντων τὰ ἐπίγεια ἢ τινὰ τῶν πεπιστευμένων τὰς ἐν οὐρανοῖς διοικήσεις, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τεχνίτην καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων, ᾧ τοὺς οὐρανοὺς ἐκτίσεν, ᾧ τὴν θάλασσαν ἰδίῳ ὄρει ἐπέκλεισεν, οὗ τὰ μυστήρια πιστῶς πάντα φυλάσσει τὰ στοιχεῖα, παρ' οὗ τὰ μέτρα τῶν τῆς ἡμέρας δρόμων εἴληφε φυλάσσειν ὁ ἥλιος, ᾧ πειθαρχεῖ ἡ σελήνη νυκτὶ φαίνειν κελεύοντι, ᾧ πειθαρχεῖ τὰ ἄστρα τῷ τῆς σελήνης ἀκολουθοῦντα δρόμῳ, ᾧ πάντα διατέτακται καὶ διώρισται καὶ ὑποτέτακται, οὐρανοὶ καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, γῆ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, θάλασσα καὶ τὰ ἐν τῇ θαλάσῃ, πῦρ, ἀήρ, ἄβυσσος, τὰ ἐν ὑψησι, τὰ ἐν βάθει, τὰ ἐν τῷ μεταξύ. Τοῦτον πρὸς αὐτοὺς ἀπέστειλεν.* Largior equidem verbis illis amplitudinem Christi perquam illustrari; nihil tamen iis uberius explicatur nisi haec sententia Iustiniana: Summum numen, mere spirituale et ab omni mortali concretione segregatum,

7) Non provocho ad verba c. 9 *αὐτὸς τὰς ἡμετέρας ἀμαρτίας ἀνεδέξατο*, quae ad *Iesai. LIII. 4. 11* alludunt. Haec scilicet verba, quum genuina non sint, e textu pieci.

1) *Justin d. Märt. P. I. p. 181 ss.* — Non-

nulla eorum, quae Semischius habet, iam Grossheimius *De Epist. ad Diogn.* p. 12 ss. et Herbigius *De scriptt. Iust.* p. 88 ss. proposuerunt, sed confuse et perplexe, ut qui sint nervi causae plerumque non cognoscas.

ad homines misisse divinum logon, per quem rerum universitatem construxerit gubernetque. *Apol. II. c. 6: τὴν ἀρχὴν δι' αὐτοῦ πάντα ἐκτίσσε καὶ ἐκόσμησε. Apol. I. cc. 59. 64. Dial. c. Tr. c. 61. Coll. Cohort. ad Gent. c. 15: τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, δι' οὗ οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ ἡ πᾶσα ἐγένετο κτίσις.*

At dicitur l. c. deos logon inter homines collocasse, iis non ministrum aliquem mittens aut angelum aut principem. Haec opinatur Semischius Iustinum pronuntiare non potuisse, quum Christum interdum tamquam dei ὑπηρέτην vel ἄγγελον vel ἄρχοντα describat. Sed iustam loci de quo agitur desidero interpretationem. Nexu enim curatius perspecto haec elucet sententia: Deum non naturam aliquam inferiori loco positam ad homines misisse, sed logon ipsi proximum. (*Apol. I. c. 32: ἡ δὲ πρώτη δύναμις μετὰ τὸν πατέρα πάντων καὶ δεσπότην Θεὸν καὶ υἱὸς ὁ λόγος ἐστίν.*) Verba enim οὐχ ὑπηρέτην τινὰ πέμψας κτλ. graviter opponuntur iis quae sequuntur: ἀλλ' αὐτὸν τὸν τεχνίτην καὶ δημιουργὸν τῶν ὄλων. Observandum autem est pronomen indefinitum τινὰ non frustra ad ὑπηρέτην appositum esse; haec verba (*irgend ein Diener*) aliquem indicant qui ex ordine est ministrorum. Talem vero nusquam Martyr logon describit: alioquin eum caeteris ministris parem posuisset eiusque maiestatem minuisset. Contra Iudaeos disputans tantum dicit logon — numero quidem a patre diversum, non vero voluntate (*Dial. c. Tr. c. 56*) —, quando deus interventu eius cum patriarchis egerit, ministrare voluntati divinae (*ὑπηρετεῖν τῷ Θελήματι s. τῇ βουλήν s. Θελήσει τοῦ Θεοῦ*), h. e. divinam voluntatem ad illos perferre. *Dial. c. Tr. cc. 58. 61. 113. 126. 127.* Pariter in Epistola nostra l. c. logos talis describitur qui supremi dei voluntatem exsecutus sit: *ὃς (τῷ λόγῳ) τὴν θάλασσαν ἰδίῳις ὄροις ἐνέκλεισεν . . . Τοῦτον πρὸς αὐτοὺς ἀπέστειλεν sc. αὐτὸς ἀληθῶς ὁ παντοκράτωρ κ. παντοκτίστης κ. ἀόρατος Θεός.* Verba ὑπηρέτην τινὰ πέμψας omnino in universum pronuntiata sunt: *Deum non aliquem ex numero spirituum sibi ministrantium misisse ad homines* — ita ut quae sequuntur, ἢ ἄγγελον ἢ ἄρχοντα, accuratiorum designationem contineant: *ex classe aut ἀγγέλων aut ἀρχόντων.* Certe ἄγγελος hic non id quod nuntius est. Hanc enim significationem vox semper apud Iustinum obtinet ubi de Christo dicitur. Ἄγγελος, inquit, καλεῖται (in V. T.) διὰ τὸ ἀγγέλλειν τοῖς ἀνθρώποις ὅσαπερ βούλεται αὐτοῖς ἀγγεῖλαι ὁ τῶν ὄλων ποιητής (*Dial. c. Tr. cc. 56. 86. Apol. I. c. 63*) vel ἐκ τοῦ ὑπηρετεῖν τῇ γνώμῃ αὐτοῦ (*Dial. c. Tr. c. 127*). Itaque nomen a munere repetiit, id quod etiam ex *Dial. c. Tr. c. 57* patescit, ubi narrat ex tribus angelis, qui Abrahamo ap-

paruerint (*Genes. XVIII. 2*), duos fuisse τῷ ὄντι ἀγγέλους, tertium (logon) tantummodo hoc nomine nuncupari. In Epistola nostra designatur angelus stricte sic dictus, τῷ ὄντι ἄγγελος²): talem non misisse deum ad homines. Conspirat igitur Epistola etiam hac in re cum doctrina Iustiniana. Scriptor autem (οὐ, καθάπερ ἂν τις εἰ-κάσειεν, κτλ.) errorem praecavet, in quem facile aliquis poterat incidere, quum angeli curam hominum et terrestrium rerum gerere crederentur. *Apol. II. c. 5*: Ὁ Θεὸς τὸν πάντα κόσμον ποιήσας . . . τὴν μὲν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν (h. e. rerum terrestrium) πρόνοιαν ἀγγέλοις, οὓς ἐπὶ τούτοις ἔταξε, παρέδωκεν³). Inde concludo ea quae in Epistola sequuntur, ἢ τινὰ τῶν διεπόντων τὰ ἐπίγεια, adiecta esse ad notionem ἀγγέλου illustrandam⁴). Denique quod ad vocem ἄρχων attinet, Iustinus quidem Christum semel, *Apol. I. c. 12*, βασιλικώτατον καὶ δικαιοτάτον ἄρχοντα μετὰ τὸν γενήσαντα Θεὸν appellat. At vero quum in Epistola I. c. deus dicatur nullum ἄρχοντα ad homines misisse, nihilo tamen secius paullo post (in eodem capite) logos βασιλεὺς aperte nominetur (sic etiam Iustinus quum alibi tum in *Dial. c. Tr. c. 86*: ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἔλαβε τὸ βασιλεὺς sc. εἶναι): concludendum est, ne discrepantia oriatur in uno eodemque scripto, illud ἄρχων quoque angelum quemdam designare. Cui quidem explicationi favent non modo verba ἢ ἄγγελον, quae praecedunt, verum etiam verba τινὰ τῶν πεπιστευμένων τὰς ἐν οὐρανοῖς διοικήσεις, quippe explanationis gratia procul dubio adiecta. Firmat interpretationem nostram Iustinus, a quo *Dial. c. Tr. c. 36* angeli, ad hanc classem referendi, οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ταχθέντες ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἄρχοντες vocantur; ibidem, exemplum coelestis eorum muneris exhibens, narrat eos aperire portas coelorum.

Monuit praeterea Semischius Iustinum Iudaeos reprehendere quidem quod Christum non cognoverint (*Apol. I. c. 63*), at Epistolae auctorem I. c. eum ἀπερινόητον (incomprehensibilem) vocare. Quid vero sibi velit hoc vocabulum, vir ille doctus minus perspexit. Certe in tota Epistola Christiani tales depinguntur, qui logi, posteaquam in Iesu persona apparuit, cognitione fuerint imbuti. Quid igitur? Verbis ὁ λόγος ὁ ἅγιος καὶ ἀπερινόητος designatur ὁ πᾶς

2) Id viderunt iam Gehle *Brem- u. Verdische Biblioth. T. I. F. II. p. 230* et Sailer *Briefe aus allen Jahrh.* Fasc. I. p. 47. Quare recte verterunt: „einen Engel.“

3) Idem ante Iustinum docuere Her-

mas *Past. I. vis. 3. c. 4* et Papias ap. *Routh. Reliq. sacrr. T. I. p. 14.*

4) Non erat necessarium scribere τού-τέστιν ἢ τινὰ κτλ. vel simile quid, quum verba appositionis locum obtinere et parenthesi includi possint. Iustinus quoque coniunctionem interdum omisit.

λόγος (s. λογικὸν τὸ ὄλον), quippe qui ante, quam homo factus est, comprehendi non potuerit ab hominibus, quia tantummodo particulam eius (σπέρμα s. μέρος τοῦ λόγου h. e. λόγον σπερματικόν) habebant (*Apol. II. c. 8. al.*); tandem a deo e coelis in terram missus Iesu personam assumpsit, totus ut cognosceretur ab hominibus in eorumque animis habitaret (l. c. c. 10. al.)⁵⁾. Nihil igitur discriminis. Verbis ἀνθρώποις ἐνίδρυσε καὶ ἐγκατεστήριξε ταῖς καρδίαις αὐτῶν Christiani designantur. Simili modo in *Apol. I. c. 32* iidem vocantur οἱ πιστεύοντες ἄνθρωποι, ἐν οἷς οἴκετ' ὁ λόγος.

Addit Semischius Iustinum declarare Christi potentiam in glorioso reditu magnam fore (*Dial. c. Tr. c. 31*), auctorem vero Epistolae profiteri illum reditum a nemine posse sustineri. Is enim c. 7 dicit: Πέμψει (deus) αὐτὸν κρίνοντα· καὶ τίς αὐτοῦ τὴν παρουσίαν ὑποστήσεται; Sed verba, ut iam (§. 12 fin.) observavi, ex *Malach. III. 2* desumsit: quod quidem omnes hucusque et editores et interpretes fugit. Et plane de Christo iudice loquitur, ut ὑποστήσεται referendum sit ad malos: his nimirum Christi adventus ad iudicium formidandus. Consentit Martyr in *Dial. c. Tr. c. 121*: Εἰ δὲ ἐν τῇ ἀτίμῳ καὶ ἀειδεῖ καὶ ἐξουθενημένῃ πρώτῃ παρουσίᾳ αὐτοῦ τοσοῦτον ἐλάμψε καὶ ἰσχυσεν, ὡς ἐν μηδενὶ γένει ἀγνωεῖσθαι αὐτὸν καὶ ἀπὸ παντὸς μετάνοιαν πεποιῆσθαι ἀπὸ τῆς παλαιᾶς κακῆς ἐκάστου γένους πολιτείας, ὥστε καὶ τὰ δαιμόνια ὑποτάσσασθαι αὐτοῦ τῷ ὀνόματι καὶ πάσας τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς βασιλείας τούτου τὸ ὄνομα παρὰ πάντας τοὺς ἀποθανόντας δεδοικέναι, οὐκ ἐκ παντὸς τρόπου ἐν τῇ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ καταλύσει πάντας τοὺς μισήσαντας αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ ἀδίκως ἀποστάντας, τοὺς δὲ ἰδίους ἀγαπάσει, ἀποδιδούς αὐτοῖς τὰ προσδοκώμενα πάντα;

Denique censet Semischius aliquid momenti ad denegandam Iustino Epistolam habere diversam interpretationem loci Iesaiiani *LIII. 4*: τὰς ἡμετέρας ἀμαρτίας ἀνεδέξατο. Hunc locum a scriptore c. 9 ad deum, sed a Iustino *Apol. I. c. 50* et *Dial. c. Tr. c. 13* aequae ac reliqua illius oraculi membra ad Messiam referri. Monendum est ista verba Iesaiana a librario quodam in textum Epistolae infulta esse; ut infra in adnotationibus criticis ad h. l. demonstravi.

Transeamus ad ea quae de Christi munere proponuntur: haec quoque Semischio⁶⁾ videntur doctrinae repugnare Iustinianae. Dicit

5) *Dial. c. Tr. c. 88*: Τότε (in baptismo) γένεσθαι αὐτοῦ λέγων (deus) γίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἐξότου ἢ γνώσις αὐτοῦ ἐμελλε γίνεσθαι. Ibi (not.

22) simillimam Methodii sententiam attuli.

6) Adstipulatur Hefele *Opp. PP. apostt.* p. LXXVIII.

ex Martyris sententia logon salutare suum negotium iam tempore patriarcharum aggressum esse omnesque ad eundem referendas Veteris Testamenti theophanias; consilium autem de hominum salute conceptum, per illum postquam homo factus esset perficiendum, iis per prophetas praedictum esse: quocirco logo post, quam homo factus Iesu personam assumisset, aliqua ex parte nihil fuisse faciendum praeterquam quod Veteris Testamenti prophetias adimpleret. Laudat vir doctus *Apol. I.* cc. 31. 32. 33. 52. 62. 63. *Dial. c. Tr.* cc. 56. 58. 113. 136. At vero ex eius qui Epistolam nostram scripserit opinione logon opus redemptorium incepisse demum ex eo tempore quo homo natus sit; nihil scriptorem dicere de christophaniis et vaticiniis in Vetere Testamento exhibitis, sed statuere revelationem ante natum Christum factam huic soli contigisse, quocum solo pater consilium ineffabile communicaverit: ob diurnam hanc dei reticentiam homines quidem veritos esse ne esset ipsorum immemor, filii tamen adventum iis omnem hac in re scrupulum exemisse. Locus est c. 8: *Οὗτος* (deus) ἦν μὲν ἀεὶ τοιοῦτος καὶ ἔστι καὶ ἔσται, χρηστὸς καὶ ἀγαθὸς καὶ ἀόργητος καὶ ἀληθής, καὶ μόνος ἀγαθὸς ἐστίν· ἐννοήσας δὲ μεγάλην καὶ ἄφραστον ἐννοίαν ταύτην ἐκοινώσατο μόνῳ τῷ παιδί. Ἐν ὅσῳ μὲν οὖν κατεῖχεν ἐν μυστηρίῳ καὶ διετήρει τὴν σοφὴν αὐτοῦ βουλήν, ἀμελεῖν ἡμῶν καὶ ἀφροντιστεῖν ἐδόκει· ἐπεὶ δὲ ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ ἀγαπητοῦ παιδὸς καὶ ἐφάνερωσε τὰ ἐξ ἀρχῆς ἠτοιμασμένα, πάνθ' ἅμα παρέσχεν ἡμῖν, καὶ μετασχεῖν τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ καὶ ἰδεῖν καὶ ποιῆσαι. Τίς ἂν πώποτε προσεδόκησεν ἡμῶν; Πάντ' οὖν ἥδει παρ' ἑαυτῷ σὺν τῷ παιδί οἰκονομικῶς. Scriptor duarum aetatum habet rationem: christianae et eius quae antecessit. De illa autem, qua res christiana in mundum introducta est per logon incarnatum, Diognetus exquisiverat ⁷⁾. Ea igitur scriptori maxime respicienda erat. Neque attinebat homini gentili, omnis quippe revelationis inscio, totam revelationis oeconomiam sic exponere ut ad ipsas fuerit christophanias ac prophetias Veteris Testamenti recurrendum: id quod insuper prolixitate sua primarium Epistolae argumentum longe superasset. Iustinus quoque, summo plerumque studio suam lectoribus sententiam attemperans, disquisitionem accuratorem de mediatorio logi nondum incarnati negotio non quovis loco putabat instituendam, nec semper sibimet satis constabat. Quare in Apologia prolixiori obiter tantum tangit christophanias in Vetere Testamento narratas, lubentius vaticinia ad Christum pertinentia in medium proferens. In Dialogo contra saepenumero Christum patriar-

7) C. 1: τί δὴ ποτε καινὸν τοῦτο γένος ἢ ἐπιτήδευμα εἰσηλθεν εἰς τὸν βίον.

chis apparuisse dicit. In Apologia minori neglecta externa cognitionis causa loquitur de logophaniis ante Christi ἐνσάρκωσιν in animis hominum factis, quibus ex parte aliqua potuerint verum et cognoscere et dicere. At minime in Dialogo cum Tryphone λόγον illum θεῖον πνευματικὸν commemorat. Nolo ad Cohortationem ad Gentiles provocare, quae claris verbis negat Veteris Testamenti theophanias ad Christum, τὸν λόγον, referendas esse⁸⁾, quum negotium is suum salutare inceperit demum ex tempore quo hominem assumerit. Cf. cc. 21 et 38. Constat autem omnes fere Patres antiquos in exponenda hac de Christi munere doctrina mirifice fluctuasse. Exemplum ut afferam, quod nescio an sit instar omnium, Tertullianus *adv. Marc. c. 27*: „Profitemur,“ inquit, „Christum semper egisse in dei patris nomine, ipsum ab initio conversatum, ipsum congressum cum patriarchis et prophetis.“ Ibidem: „Ille est qui descendit, ille qui interrogat.“ At l. c. III. c. 10 de deo ait: „Creator meus per rubum quoque et ignem, idem postea per nubem et globum cum homine congressus est.“ Quae quum ita sint, minime liquida est conclusio ista, ex qua Iustino tribui Epistola nostra nequeat. Neque est opus ut hanc doctrinam cum ea quae in Apologia maiori et in Dialogo proposita est conciliem, sed, ne quid videatur meae disquisitioni deesse, et hoc tentabo. Etenim docet Iustinus summum numen, quum sit mere spirituale, ab omni mortali concretionem segregatum esse ideoque nec ad terram descendisse nec hominibus apparuisse, sed numine intermedio usum esse, scilicet logo (h. e. Christo), per quem efficaciam in illos exseruerit (*Apol. I. c. 62. Dial. c. Tr. cc. 56 ss. 127. al.*). Haec haud dubie etiam in Epistola causa est cur consilium illud de salute generis humani conceptum cum solo logo communicaverit: ἐννοίαν ἐκοινώσατο μόνῳ τῷ παιδί. Interveniente autem, pergit ille, logo vel spiritu sancto⁹⁾ deum quidem omnia de servatore ad homines mittendo praedixisse (*Apol. I. c. 61*), sed tam arcane ut nec prophetae propriam ipsorum oraculorum significationem et gravitatem perspicue intellexissent neque alius quisquam ante adventum Christi degens (*Dial. c. Tr. cc. 52. 76. 90. al.*). Quam ob causam non adeo offendunt verba Epistolae: (Deus usque ad Christi adventum) κατέχεν ἐν μυστηρίῳ καὶ διετήρει τὴν σοφὴν αὐτοῦ βουλήν. Homines nimirum eam non cognoscebant. Ac licebat, ut supra monui, scriptori dicere deum non aperte prolocutum esse suum consilium; nam cum

8) In *Dial. c. Tr. c. 60* aperte stultus vocatur qui audeat dicere deum in terram descendisse.

9) Neque hac in re sibi constat Iusti-

nus; inspirationem enim prophetarum, quam alias spiritui sancto adscribit, interdum logo diserte tribuit. Cf. *Apol. I. cc. 33. 36. Apol. II. c. 10.*

proposito haud conveniebat gentili homini de revelationis modo in Vetere Testamento exhibito plura exponere. Similiter illud consilium, non clare sed abscondite in Vetere Testamento indicatum, a Iustino *Dial. c. Tr. c. 123* vocatur βουλή Θεοῦ κεκρυμμένη, quam ne Iudaei quidem intelligere potuerint. Cur vero deus, qui noluit hanc βουλήν cognosci, non intra silentium sese tenuit sed vaticiniis usus est? Propterea ut incredibiles res ad Christum pertinentes, quum evenissent, ex eo quod essent praedictae crederentur (*Apol. I. c. 33*). Itaque vaticinia norma erant, ad quam logi, posteaquam in Iesu persona apparuit, facta et fata exigi possent¹⁰). Cur autem mystice ea proposuit, ut non intelligerentur? Primum propter daemones, qui, res christianas vaticiniis praenuntiatas imitando, facile efficere possent ne Christus divinus logos ab hominibus agnosceretur (*Apol. I. c. 54. al.*)¹¹); deinde propter Iudaeos, ne scilicet testimonia de ipsorum reprobatione et gentium vocatione expungerent (*Dial. c. Tr. c. 52. not. 2*). Absconditum vero illud consilium, de salute hominum conceptum et ista ratione temporum decursu praeparatum, ait Martyr per Iesum Christum clare patefactum esse, qui mystice olim praedictorum (τῶν ἀγνωστούμενων προφητειῶν) interpretis dei voluntate exstiterit (*Apol. I. c. 32, coll. cc. 31. 52. al.*). Consona fere habet Epistola I. c.: (Deus) ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ ἀγαπητοῦ παιδὸς καὶ ἐφάνερωσε τὰ ἐξ ἀρχῆς ἠτοιμασμένα, h. e. quae inde ab initio (non: ἐν ἀρχῇ s. τὴν ἀρχήν), decursu temporum, parata erant. Quo id modo factum esset, non erat exponendum scriptori. Coll. *Dial. c. Tr. c. 131: δι' οὗ* (sc. Χριστοῦ) ἐκλήθημεν εἰς σωτηρίαν τὴν προητοιμασμένην παρὰ τοῦ πατρὸς ἡμῶν.

Etiam de causa, qua commotus deus ante Christi adventum depravationem humani generis invalescentem non prohibuerit sed salutaris illius consilii executionem in longinquum tempus distulerit, Semischius censet auctorem Epistolae longe aliter sentire atque Iustinum. Illum enim ita docere: Deum sivisse homines ad tempus usque quo Christus venerit incertis motibus agitari, non quidem quod peccatis eorum gauderet, sed ut, quum illo tempore ex operibus vita aeterna indigni fuissent inventi, nunc divina benignitas istos ea dignaretur, et, quum manifestum fecissent ipsos non posse suis viribus in regnum coeleste ingredi, per potentiam dei id posse daretur (c. 9). Iustinum contra docere: Deum illud consilium propterea tam diu non

10) *Apol. I. c. 33: Οἱ ἀπομνημονεύσαντες πάντα τὰ περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξαν, οἷς ἐπιστεύσαμεν, ἐπειδὴ καὶ διὰ Ἡσαΐου ... τὸ προφητικὸν πνεῦμα ... ἔφη.*

11) Sic factum ut ipse diabolus damnationem suam in Vetere Testamento praedictam non cognoverit. Cf. *Fragm. III—VI (Corp. Apoll. Vol. III) p. 246 ss.*

exsecutum esse, quod hominibus liberum dederit arbitrium et naturalem hanc vim auxilio logi sui adiuverit, ut rem peragenda, dummodo voluissent, potuerint ipsi absolvere; quodsi peccata admiserint, excusationi nullum dari posse locum. At, amabo te, ubi Iustinus ait deum ob facultatem recta faciendi hominibus concessam illius consilii executionem in longum tempus distulisse? Hoc dicit: Homines facultatem habere libera animi inductione et fugiendi turpia et honesta sectandi (*Apol. I. c. 43. Apol. II. c. 7*); quum igitur ratione praediti aptique ad intelligendum nati sint, nullam iis apud deum relinqui excusationem (*Apol. I. c. 28, coll. Dial. c. Tr. cc. 45. 88*), quumque praeterea particulam logi divini acceperint, cuius auxilio intelligerent quid esset honestum quid pravum, minime eos ἀνευθύνοους esse (*Apol. I. c. 46, coll. Apol. II. cc. 8. 13*). Paulisper vero fluctuans urget etiam hocce: Homines ne logi quidem ope plenam rerum divinarum cognitionem sibi parare potuisse, quandoquidem illius tantam particulam acceperint; potuisse eos quidem διὰ τῆς ἐνούσης ἐμφύτου τοῦ λόγου σποράς divinam veritatem cognoscere sed subobscurè (ἀμυδρῶς: *Apol. II. c. 13. al.*). Quocirca oportebat deus, istum hominum statum commiseratus, totum logon h. e. Christum mitteret, illis ut auxilium ferret. Soli Christiani, -inquit, neutiquam κατὰ σπερματικοῦ λόγου μέρος vitam instituunt, sed κατὰ τὴν τοῦ παντὸς λόγον, ὃ ἐστὶ Χριστοῦ, cognitionem (*Apol. II. cc. 8. 10. al.*). Ex Iustini igitur sententia homines ante Christi ἐνσάρκωσιν viventes minime res divinas omni ex parte cognoscere poterant, sed insuper, praesertim malis daemonum artibus prorsus obcaecati, in errores deinceps inducebantur gravissimos, neque iam amplius poterant internoscere verum a falso (*Apol. I. c. 5. Apol. II. c. 5. al.*). Itaque auxiliator iis necessarius erat. Martyr non modo Iudaeos, quod non omnia dei mandata observaverint, sed et Gentiles omnes, quod per multa perpetraverint mala facinora, maledictioni obnoxios esse asserit: at voluisse benignissimum deum ut pro hominibus ex omni genere suus Christus maledictiones omnium in se susciperet (*Dial. c. Tr. c. 95*). Illi vocantur ἔρημοι γνώσεως Θεοῦ (*l. c. c. 69, coll. Apol. I. c. 53*), hi σοφοὶ dicuntur εἰς τὸ κακοποιῆσαι μόνον, γνῶναι δὲ βουλὴν Θεοῦ ἀδύνατοι (*Dial. c. Tr. c. 123*). Similiter in Epistola nostra l. c.: homines manifestum fecisse operibus h. e. peccatis suis τὸ κατ' ἑαυτοῦς (per semet ipsos, für sich) ἀδύνατον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Illud ἀδύνατον dictum est ratione habita cupiditatum (ἐπιθυμιῶν), quibus homines obsecundantes adeo a recta via abducti sint ad mala opera, ut prorsus prohiberentur quominus in regnum intrarent (paullo ante: ἐλεγχθέντες ἐκ τῶν ἰδίων

ἔργων ἀνάξιοι ζωῆς): itaque auxiliatore coelesti iis opus fuisse. Minime negat scriptor libera homines animi inductione egisse. Immo initio illius capituli dicit: deum nos sivilisse incertis motibus ferri ὡς ἐβουλόμεθα. Igitur potuissent turpia fugere, honesta ut sectarentur. Ille ipse fatetur deum hominibus rationales facultates dedisse (c. 10: οἷς λόγον ἔδωκεν οἷς νοῦν, οἷς μόνοις ἄνω πρὸς αὐτὸν ὄραν ἐπέτρεψε — coll. *Apol. II. c. 7*: μηδὲν εἶναι κακίαν μηδ' ἀρετήν, . . . παρὰ . . . λόγον καὶ νοῦν ἐστὶ). Unde sequitur iis nullam relinqui excusationem. Coll. *Apol. I. c. 28*: ὡστ' ἀναπολόγητον εἶναι τοῖς πᾶσαν ἀνθρώποις παρὰ τῷ Θεῷ· λογικοὶ γὰρ καὶ θεωρητικοὶ (paullo ante: νοητὸν τὸ γένος ἀνθρώπινον) γεγένηται. Etiam Epistolae auctor addit: manifestum factum esse ὅτι ὁ μισθὸς αὐτῆς, scil. τῆς ἀδικίας, κόλασις καὶ θάνατος προσεδοκᾶτο. Deum tamen et benignissimum et potentissimum improbitatis nostrae memorem se non ostendisse, sed filium suum pretium redemptionis (λύτρον) pro nobis dedisse. Pariter Iustinus in *Dial. c. Tr. c. 95* docet omne genus humanum propter peccata maledictioni obnoxium esse, sed voluisse deum pro sua benignitate ut suos Christus maledictiones omnium in sese susciperet.

§. 14.

Respicendum est denique ad placita anthropologica et soterologica, quorum nonnulla Semischius¹⁾ diversa opinatur a Iustinianis.

Namque Iustinum animae relativam adscribere immortalitatem h. e. dei voluntate concessam (*Dial. c. Tr. cc. 5. 6*), scriptorem contra Epistolae putare animam sua natura h. e. per se immortalem esse. Male provocat ad c. 6. Hoc enim loco, quo pulcherrima comparatio animam inter et Christianos instituitur, ille non nisi in universum dicit animam in corpore habitare et invisibilem esse et immortalem (ἀθάνατον); ne verbo quidem addit illam sua natura corruptionis expertem esse, nec id potest ex iis extorqueri quae disputavit. Et Iustinus, de animae immortalitate nihil dubitans (*Apol. I. c. 18. al.*), praeter istum locum ex Dialogo (c. 5 s.) citatum nusquam adiecit illam dei voluntate non perire. Neque erat cur plenam semper de hac re sententiam proponeret²⁾.

1) *Justin d. Märt. P. I. p. 184 s.* — Pauca eorum, quae Semischius proponit, iam Grossheimius *De Epist. ad Diogn. p. 18 ss.* et Herbigius *De scriptt.*

Iust. p. 87 indicarunt, idque minus accurate.

2) Non provoco ad tractatum *De resurr. c. 10*, ubi not. 9 consulas.

Porro Semischius ait Iustinum docere ex hominibus ante Christi ἐνσάρκωσιν degentibus eos qui legi morali et divino logo obtemperaverint iustos ac salvos factos esse. Hoc elicit ex *Apol. I.* cc. 8. 43 et *Dial. c. Tr.* cc. 45. 93. At Epistolae auctorem contendere homines ante Christum natum viventes, quum naturalibus viribus sibi introitum in regnum divinum parare non potuerint et logi divini fuerint auxilio destituti, certam de vita aeterna spem concipere non potuisse. C. 9: Ἐλέγξας οὖν ἐν μὲν τῷ πρόσθεν χρόνῳ τὸ ἀδύνατον τῆς ἡμετέρας φύσεως εἰς τὸ τυχεῖν ζωῆς, νῦν δὲ τὸν σωτήρα δείξας δυνατὸν σώζειν καὶ τὰ ἀδύνατα. Haec verba explicantur praecedentibus: ἐν τῷ τότε (ante Christum) χρόνῳ ἐλεγχθέντες ἐκ τῶν ἰδίων ἔργων ἀνάξιοι ζωῆς . . . καὶ τὸ καθ' ἑαυτοῦς φανερώσαντες ἀδύνατον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Homines enim conditionem animi (φύσιν³⁾) talem exhibebant, ut cupiditatibus (ἐπιθυμίαις) inservirent malaque facinora perpetrarent. Vitam igitur aeternam per semetipsos consequi non poterant, sed opus erat servatore. Atque Iustinus quidem, ut supra (§. 13) probavi, saepius dicit potuisse eos qui ante Christi adventum fuerint ope sibi insiti λόγου σπερματικοῦ meliora (ex parte) cognoscere ac pietati studere, nusquam tamen quod ad Gentiles attinet eos apertis asserit verbis aeternam salutem consecutos esse⁴⁾. Locus *Apol. I.* c. 8 supra citatus huc non quadrat, quum in eo de Christianis sermo sit. Ex Iudaeis autem in *Dial. c. Tr.* c. 45 fatetur eos deo gratos esse et salutem consecuturos (διὰ τοῦ Χριστοῦ σωθήσονται) qui fecerint τὰ καθόλου καὶ φύσει καὶ αἰώνια καλά, scilicet in lege mosaica. At tamen paucos tantum salute dignos censet esse. Quapropter, id quod rem conficit, non semper necessarium putat respicere ad paucos illos excipiendos, sed, quemadmodum fit in Epistola l. c., de universis hominibus loquitur. Ut locum in medium producam, qui mirifice cum illo consentit, in *Dial. c. Tr.* c. 95 disertis verbis profitetur omne genus humanum (πᾶν γένος ἀνθρώπων) maledictioni obnoxium esse:

3) Fr. Car. Meier *Komment. über den Br. P. an die Epheser* (Ien. 1834) p. 56 s.: „Φύσις bezeichnet nicht blos die angeborene, mit seinem Ursprunge auf's innigste zusammenhängende Beschaffenheit des Menschen, sondern auch die auf dem Grunde natürlicher Anlagen, unter dem Einflusse von Sitte und Gewohnheit, doch nicht ohne die Möglichkeit freier Selbstbestimmung und Selbstthätigkeit gewordene geistige Beschaffenheit: Gesinnung, Charakter und Gemüthsart des Menschen, = indoles.“ Pariter Baumgarten-Crusius ad loc. *Ephes.* 2, 3 (p. 60). Cf.

ἐπιστος φύσις Ps. - Iust. *Quaest. Christ. ad Gent. I.* Conf. cc. 2. 4. 5. *Epist. ad Zen. et Ser.* c. 2: φύσεώς εἰμι τοιαύτης.

4) Quare Caveus *Scriptt. eccles. histor. liter.* (Lond. 1688. Fol.) p. 39: „Certe non memini me observasse, Iustinum alicubi affirmare Gentiles, extra christianae religionis professionem positos, salvandos fore, neque ad hanc rem sufficere nudam philosophiae cognitionem, verum id sibi tantum voluisse, quotquot inter illos innato τῷ λόγῳ, ratione scilicet, ad deum colendum vitamque optime instituendam

et Iudaeos, quod non omnia accurate observaverint, et multo magis Gentiles omnes, quod simulacra coluerint et alia nefarie fecerint. Igitur Christo auxiliatore opus fuisse: τὸν ἑαυτοῦ Χριστὸν ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ὁ πατὴρ τῶν ὅλων τὰς πάντων κατάρσας ἀναδέξασθαι ἐβουλήθη.

Addit Semischius Iustinum docere poenas damnatorum aeternas esse (*Apol. I. cc. 28. 52. Dial. c. Tr. cc. 45. 130*), Epistolae vero scriptorem finem iis constuere, quum dieat c. 10: ὁ (scilicet τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον) τοὺς παραδοθέντας αὐτῷ μέχρι τέλους κολάσει. At nihil tamen impedit quo minus illud ad finem usque communi usu dicendi (*ev. Luc. XVIII. 5*) pro perpetuo dictum putemus. Hanc sententiam scriptor voluit exprimere⁵⁾. Omnino autem tam alii Patres quam Iustinus in doctrina de rebus post mortem futuris non ubique consona habent. Unum saltem exemplum maxime huc spectans ut afferam, in *Apol. II. c. 7* aperte dicit deum finito supremo iudicio deletionem totius mundi introducturum, qua etiam mali homines desinant esse. Ἐπιμένει ὁ θεὸς τὴν σύγκρισιν καὶ κατάλυσιν τοῦ παντὸς κόσμου μὴ ποιῆσαι, ἵνα καὶ οἱ φαῦλοι ἄγγελοι καὶ δαίμονες καὶ ἄνθρωποι μηκέτι ᾧσι, διὰ τὸ σπέρμα τῶν Χριστιανῶν. Adde *Dial. c. Tr. c. 5*: αἱ δὲ (πονηραὶ ψυχαὶ) κολάζονται, ἔστ' ἂν αὐτὰς καὶ εἶναι καὶ κολάζεσθαι ὁ θεὸς θέλη.

§. 15.

Tandem aliquando ad argumentum venio, cui fere omnes, qui diversum a Iustino Martyre auctorem Epistolae opinantur Tillemontio praeunte¹⁾ summum tribuunt momentum ad opinionem suam adstruendam. Petitum est a scribendi ratione. Quumque sententiae me quidem iudice satis congruant, si quid est cur Epistolam Iustino abiudicem, dumtaxat stilus est quippe aliquanto elegantior quam in illius scriptis consensu omnium criticorum genuinis, h. e. utraque

recte usi essent, Christo, aeterno τῷ λόγῳ, proxime accedere et eousque conformes esse.“

5) Hefele in *Theolog. Quartalschrift* (Tubing.) 1843. Fasc. I. p. 145: „Gerade diese Stelle (c. 10) spricht entschieden gegen Semisch, und von einem ewigen Feuer, welches der Verurtheilten harret. Was Herrn Semisch irre geführt hat, ist der Ausdruck μέχρι τέλους, der aber, neben den andern ewiges Feuer hingestellt, keine Schwierigkeit machen kann.“

1) Tillemont *Mémoires*. T. II. p. 494. — Nourry *Apparat*. T. I. p. 446. — Lard-

ner *Glaubwürdigk.* P. II. T. I. p. 204. — Gallandi *Biblioth.* T. I. p. LXIX. — Lumper *Histor.* P. I. p. 187. — Moehler *Ges. Schrift.* T. I. p. 19 s. et *Patrol.* T. I. p. 164 s. — Boehl *Opuscul.* P. I. p. 111 s. — Dan. von Coelln in *Allg. Hall. Lit.-Ztg.* 1828. p. 391. — Von Grossheim *De Epist. ad Diogn.* p. 6. — Tzschirner *Der Fall d. Heidenth.* T. I. p. 217 s. — Semisch *Justin d. Mär.* P. I. p. 177 s. — Grimm in *Krit. Pred.-Biblioth.* T. XXII. F. III. p. 518. — Permaneder *Biblioth.* T. II. Vol. I. p. 52. — Hefele *Opp. PP. apost.* p. LXXVI. —

Apologia et Dialogo cum Tryphone. Haec profecto diversitas dubitare me facit. Cohortationi quidem ad Gentiles ordo et nitor inest quem in istis scriptis prorsus desideras²⁾. In tractatu De resurrectione contra Gnosticos non logica tantum argumenti totius tractatio et dialectica singularum partium expositio, verum etiam dictio deprehenditur politior multo ac floridior. Quamquam haud provocaverim ad utrumque scriptum: quum ob illam maxime stili diversitatem Iustino denegetur. Etenim in Apologiis et in Dialogo plerumque is utitur sermone vitae communis; quare sententiarum ordo saepe impedita est, singularum enuntiationum structura interdum languida, phrases vocesque non semper diligenter lectae. At Epistola ad Diognetum universam rerum seriem qua par est cura persequitur et perspicuo venustoque dicendi genere excellit.

Passim Apologiae quoque Iustinianae orationem altius assurgentem offerunt, ubi scriptor de rei christianae praestantia eiusque in hominum animos efficacitate agit³⁾. Ut ex multis unum saltem exemplum afferam, in *Apol. I.* c. 14 legitur: Ἡμεῖς μετὰ τὸ τῷ λόγῳ πεισθῆναι ἐκείνων (sc. δαιμόνων) μὲν ἀπέστημεν, θεῷ δὲ μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐπόμεθα: οἱ πάλαι μὲν πορνείαις χαίροντες, νῦν δὲ σωφροσύνην μόνην ἀσπαζόμενοι: οἱ δὲ καὶ μαγικαῖς τέχναις χρώμενοι, νῦν ἀγαθῷ καὶ ἀγεννήτῳ θεῷ ἑαυτοὺς ἀνατεθεικότες: χρημάτων δὲ καὶ κτημάτων οἱ πόρους παντὸς μᾶλλον στέργοντες, νῦν καὶ ἃ ἔχομεν εἰς κοινὸν φέροντες καὶ παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες: οἱ μισάλληλοι δὲ καὶ ἀλληλοφρόνοι καὶ πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους διὰ τὰ ἔθνη καὶ ἐστίας κοινὰς μὴ ποιοῦμενοι, νῦν μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ ὁμοδίαιτοι γινόμενοι καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὐχόμενοι. Quin etiam in Dialogo, qui in univ-
ersum magis, quam Apologiae ornamentis dicendi caret, Iustinus noster interdum pro re nata merus est orator auditores et alliciens et movens. *Dial. c. Tr. c. 12:* Πάρεστιν ὁ νομοθέτης, καὶ οὐχ ὁρᾶτε: πτωχοὶ εὐαγγελίζονται, τυφλοὶ βλέπουσι, καὶ οὐ συνίετε. Δευτέρας ἤδη χρεῖα περιτομῆς, καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τῇ σαρκὶ μέγα φρονεῖτε: σαββατίζειν ὑμᾶς ὁ καινὸς νόμος διὰ παντὸς ἐθέλει, καὶ ὑμεῖς μίαν ἀργοῦντες ἡμέραν εὐσεβεῖν δοκεῖτε, μὴ νοοῦντες διὰ τί ὑμῖν προσετάγη: καὶ εἰάν ἄξιμον ἄρτον φάγητε, πεπληρωκέναι τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ φατε. Οὐκ ἐν τούτοις εὐδοκεῖ κύριος ὁ θεός.

Neander KG. S. I. T. II. p. 1157. — Grenfell *The Epistles of Barn.* etc. p. XIII.

2) Ob magnam stili similitudinem, quae Epistolae cum Cohortatione intercedat, Io. Iortinus (*Anmerkungen über d. Kirchenhistorie.* Aus d. Engl. Brem. 1755. p. 340)

censet Epistolae scriptorem Cohortationem Iustini legisse.

3) Cave *Scriptt. eccles. histor. lit.* p. 37: „Nulli enim dubium esse potest Iustinum pro re nata tersiori et floridiori stylo uti potuisse.“

ἡμῶν. Εἴ τις ἔστιν ἐν ὑμῖν ἐπιτορκος ἢ κλέπτης, παυσάσθω· εἴ τις μοιχός, μετανοήσατω, καὶ σεσαββάτικε τὰ τρυφερὰ καὶ ἀληθινὰ σάββατα τοῦ Θεοῦ· εἴ τις καθαρὰς οὐκ ἔχει χεῖρας, λουσάσθω, καὶ καθαρὸς ἔστιν. C. 24: Τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς ἐκείνης κατήργηται, καὶ αἵματι σωτηρίῳ πεπιστεύκαμεν· ἄλλη διαθήκη τανῶν, καὶ ἄλλος ἐξῆλθεν ἐκ Σιών νόμος. Ἰησοῦς Χριστὸς πάντας τοὺς βουλομένους περιτέμνει πετρίναις μαχαίραις, ἵνα γένηται ἔθνος δίκαιον, λαὸς φυλάσσων πίστιν, ἀντιλαμβανόμενος ἀληθείας καὶ φυλάσσων εἰρήνην. Δεῦτε σὺν ἔμοι πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Θεόν, οἱ θέλοντες τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλήμ ἰδεῖν. Δεῦτε, πορευθῶμεν τῷ φωτὶ κυρίου· ἀνῆκε γὰρ τὸν λαὸν αὐτοῦ, τὸν οἶκον Ἰακώβ. Δεῦτε πάντα τὰ ἔθνη, συναχθῶμεν εἰς Ἱερουσαλήμ τὴν μηκέτι πολεμουμένην διὰ τὰς ἀνομίας τῶν λαῶν. C. 29: Δοξάσωμεν τὸν Θεόν, ἅμα τὰ ἔθνη συνελθόντα, ὅτι καὶ ἡμᾶς ἐπεσκέψατο· δοξάσωμεν αὐτὸν διὰ τοῦ βασιλέως τῆς δόξης, διὰ τοῦ κυρίου τῶν δυνάμεων. Εὐδόκησε γὰρ καὶ εἰς τὰ ἔθνη, καὶ τὰς θυσίας ἡδίων παρ' ἡμῶν ἢ παρ' ὑμῶν λαμβάνει. Τίς οὖν ἔτι μοι περιτομῆς λόγος, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ μαρτυρηθέντι; Τίς ἐκείνου τοῦ βαπτίσματος χρεῖα ἀγίῳ πνεύματι βεβαπτισμένῳ; Ταῦτα οἶμαι λέγων πείσειν καὶ τοὺς βραχὺν νοῦν κεκτημένους. Οὐ γὰρ ὑπ' ἔμοῦ συνεσκευασμένοι εἰσὶν οἱ λόγοι οὐδὲ τέχνη ἀνθρωπίνη κεκαλωπισμένοι, ἀλλὰ τούτους Δαυὶδ μὲν ἔψαλλεν, Ἡσαΐας δὲ ἐνῆγγελλίζετο, Ζαχαρίας δὲ ἐκήρυξε, Μωυσῆς δὲ ἀνέγραψεν. C. 113: Οὗτος (Christus) γὰρ ἔστιν ἀπ' οὗ καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ δι' οὗ ὁ πατὴρ μέλλει καινουργεῖν, οὗτός ἐστιν ὁ ἐν Ἱερουσαλήμ αἰώνιον φῶς λάμπειν μέλλων, οὗτός ἐστιν ὁ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλήμ καὶ αἰώνιος ἱερεὺς ὑψίστου ὑπάρχων. Addendi alii splendidi ac magnifici loci, sed prolixiores quam qui hic describantur, ut c. 110: Ἀλόγιστοι, μὴ συνιέντες . . . ὁ λαὸς αὐτοῦ ἔστι. C. 122: Ἐπεὶ εἰ νόμος . . . Οὐχ ὁ Χριστός; C. 127: Ὁ γὰρ ἀρρήτος πατὴρ . . . ὁ Σολομῶν ᾠκοδομήκει; C. 134: Ἐδούλευσεν Ἰακώβ τῷ Λάβαν . . . ὁ ὢν καὶ καλούμενος Ἰησοῦς. Sed haec sufficientiant. — Verum enimvero Epistola ad Diognetum paene tota floridiori gaudet stilo, potissimum antithesibus conspicuo, quibus scriptor eximiam mentem repraesentat coelestemque vitam, quam christiana res inter homines effecerit.

Quodsi Epistolam Iustino abiudicare nolis, istam stili elegantiam ita tantum explicare poteris, ut Iustinum dicas Epistolam primis postquam ad castra christiana accessit annis exarasse. Sane diversis temporibus et locis, diversa materia et animi affectione, diversa diligentia ad scriptionem adhibita auctores diversum in modum scribere quoti-

diana nos docet experientia. Probe Semischius⁴⁾ ait: „Offenbar wird der Stil des Menschen immer durch seinen allgemeinen Entwicklungs- und Bildungsgang bedingt und nimmt an den Fortschritten und Rückschritten des Individuums Theil; es kann darum an und für sich nicht Wunder nehmen, wenn derselbe in verschiedenen Lebens- und Bildungsperioden auch ein verschiedener ist. Nur in seltenen Fällen geschieht es, dass die stilistische Eigenthümlichkeit eines Schriftstellers gleich von vorn herein ein so festes Gepräge erhält, dass sie sich in allen Lebensperioden im Wesentlichen gleich bleibt. Es ist weiter zu beachten, dass auch die Verschiedenheit des Inhaltes und der Darstellungsgattung, so wie der Stimmung des Schriftstellers und der geringern oder grössern Sorgfalt in der Ausarbeitung zweier verschiedenen Schriften nothwendig eine mehr oder weniger bedeutende Verschiedenheit der Sprache in denselben zur Folge haben muss.“ Atque maxime haec valent de Apologetis veteris ecclesiae⁵⁾. Quid mirum si Iustinus illo tempore ad classicorum graecorum, quorum (ut Platonis) scripta legerat, exempla dictionem pro virili fingere studebat, ipsa materia quam tractabat invitatus et adiutus? Ad primordia igitur referas, si Iustini est, Epistolam Diogneto inscriptam. Posthaec vero dictionis elegantiam apud scriptores gentiles receptam sensim paullatimque abiiciebat, pro viribus appetens simplicem scriptorum sacrorum orationem. *Dial. c. Tr. c. 58: Γραφὰς ὑμῶν ἀνιστορεῖν μέλλω, οὗ κατασκευὴν λόγων ἐν μόνη τέχνῃ ἐπιδείκνυσθαι σπεύδω.* Quid? in libris apologeticis exarandis, ut taceam de Dialogo, in quo iam innumerabiles loci ex Vetere Testamento citati orationem languidam reddunt, neutiquam ita affectus erat animus S. Martyris, in acerbissimos luctus vocati propter maximas Christianorum easque fere *continuas* calamitates, ut ad ornatum oratorium consecrandum promptus esset atque paratus⁶⁾. Quid igitur? Quum Epistola nostra, ut suo loco ostendam, antiquior existimanda sit Apologiis, in quibus Iustinus studio Christianorum defendendorum inflammatus ornamenta dicendi minime sectatur, non mirum videri possit si in ea stilo usus sit tersiori ac floridiori. In libris illis id efficere studet Romani ut *abstineant* a persecutionibus in Christianos inique susceptis. Diognetus

4) L. c. p. 117.

5) Iunius *De Iustino Mart. apologeta adv. ethnicos* (Lugd. Bat. 1836) p. 17: „Scribendi ratio omnium scriptorum, Apologetarum maxime, explicanda et diiudicanda ex varia scriptorum indole, ex diversis in quibus versantur temporum rationibus, ex diversis quae tractant argumentis, aliis quae ex his nasci solent.“

6) Ipse Tillemontius l. c. p. 645 Iustinianam Cohortationis originem defendens fatetur: „S. Iustin ne pourroit-il pas avoir un peu plus travaillé son style dans le commencement de sa conversion, dont cet ouvrage peut estre un fruit, et l'avoir negligé dans la suite pour s'occuper entièrement au fond des choses?“

vero rei christianae, cuius cognoscendae erat cupidissimus, expositionem expetiverat. Hoc profecto primum Epistolae argumentum est tale quod non sine entusiasmo tractari poterat.

Hoc adiiciam memoratu vix dignum. Nempe Semischius⁷⁾ aliquot Epistolae phrases et voces in medium produxit, quae non in Iustini scriptis reperiantur. At hoc, obsecro, nonne in casu positum est? Certe in quovis scripto Martyr locutiones habet, quibus alibi non utitur. Innumerabiles enim Dialogo cum Tryphone proprias afferre possem, quas frustra quaeris in Apologiis, et vice versa. Semischius ipse concedere coactus est plerasque formulas, a Iustino lubenter usurpatas, et in Cohortatione ad Gentiles et in fragmento de resurrectione desiderari. Strenue tamen utriusque tractatus authenticam defendit. Audias quid hac in causa dicat. Primum de Cohortatione: „Schliesslich ist zu bedenken, dass, wenn die Mahnrede darum für unächt gehalten werden sollte, weil sie gewisse Lieblingsausdrücke hat, welche den Apologien und dem Dialoge fehlen, und andere Ausdrücke auch wieder nicht hat, welche diesen Schriften geläufig sind, gegen gar viele Schriften des Alterthums der Verdacht der Unächtheit erhoben werden müsste, welche übrigens als authentisch hinlänglich bezeugt sind; denn derartige stilistische Discrepanzen finden sich leicht überall vor. Die Aechtheit des Dialogs könnte z. B. mit solchen Beweismitteln abermals in Frage gestellt werden, indem in ihm manche besondere Wortverbindungen wiederholt vorkommen, welche den Apologien durchaus abgehn“⁸⁾. Ad fragmentum autem de resurrectione quod attinet: „Auch mit der Verschiedenheit der Schreibart, welche zwischen dem Fragmente und den anerkannten Werken Justin's besteht, hat es nicht so viel auf sich. Welcher Schriftsteller hätte denn einen so armseligen Sprachschatz, dass er denselben in Einer Schrift völlig erschöpfte und in einem zweiten Werke kein Wort, keine Formel, keine Wendung gebrauchen könnte, welche er nicht auch schon in dem ersten zu Tage gebracht hätte! Sodann: hat auch ein Schriftsteller zu einer Zeit für gewisse Begriffe und Ideen einen fixirten Ausdruck, so folgt daraus in keinem Falle, dass sich derselbe Begriff und dieselbe Idee zu einer andern Zeit nicht auch in einer neuen Form ausprägen könne“⁹⁾. Rectissime vir doctissimus ista monuit. Et sane mirantur mecum omnes, cur non iisdem armis ad verba Epistolae peculiariora defendenda usus sit. Sed illis armis ne opus quidem est; summa enim hic cernitur et in formulis et in verbis consensio cum Iustini scriptis. Quo factum est ut

7) Secutus est Herbigium *De scriptt. Iust.* p. 91.

8) L. c. p. 119.

9) L. c. p. 149 s.; add. p. 117.

Semischius perpauca tantum notare posset, quae a Iustiniana loquendi consuetudine recedere viderentur. Enimvero et de perpauca illis minus recte iudicavit. Notavit videlicet vocabulum *λόγιον* (reddit: *Sprachgabe!*) c. 10. Sed hoc contra codices manu scriptos errore Morelli pro *λόγον* textui infultum est¹⁰⁾. Itaque in mea editione reposui *οἷς λόγον ἔδωκεν*. Notavit vocabulum *δειγμα* (*documentum, argumentum*) cc. 3. 4. 7. Sed idem *De resurr.* c. 5 comparet. Notavit vocabulum *ἀόρητος* c. 8. Sed idem *Apol. I.* c. 16 reperitur. Hic de hominibus, illic usurpatur de deo, id quod non offendit. Coll. e. g. *Cohort. ad Gent.* c. 25: *ἀνεπιστρεφές τὸ θεῖον*¹¹⁾. Tum attulit innocentem formulam *κόσμον ὑπερορᾶν* (*mundum aspernari*), Epistolae exordio c. 1 obviam. Sic *τ. λόγους ὑπερορᾶν* legitur ap. Thucyd. *de bell. Pelop.* IV. c. 62 et Xenoph. *Conviv.* c. 8. §. 3. Neque consideravit eam Diogneto quaerenti imputandam esse. Huc etiam verba *δεισιδαιμονίας* et *φιλοστοργίας* (*πρὸς ἀλλήλους*: Polyb. *Histor.* XXXII. c. 11. §. 1; coll. *Ep. ad Roman.* XII. 10. *Apol. I.* c. 15: *Περὶ δὲ τοῦ στέργειν ἅπαντας ταῦτα ἐδίδαξε· Εἰ ἀγαπᾶτε κτλ.*) pertinent. Porro attulit epitheton *παντοκτίστου*, quod c. 7 de deo, et *ἀπερινοήτου*, quod ibidem de logo dicitur. At etiam semel tantum ille in *Apol. II.* c. 6 *κτίστης* (i. q. *ὁ πάντων ποιητής* *Apol. I.* c. 20 vel, ut semel appellatur, *γεννήτωρ τ. ἀπάντων* I. c. c. 13; coll. *Apol. II.* c. 6: *ὁ πάντων πατήρ*) et hic in *Cohort. ad Gent.* c. 38 *ἀχώρητος* (coll. *Apol. II.* c. 10: *λογικὸν τὸ ὅλον*) vocatur. Neque offensionem verba afferunt c. 7 de logo pronuntiata *ὁ τεχνίτης καὶ δημιουργὸς τῶν ὄλων*. Nam egregie logo conveniunt, cuius interventu deus, *ὁ παντοκράτωρ καὶ παντοκτίστης καὶ ἀόρατος*, mundum extruxit et condidit. Pariter Christus a Iustino semel tantum (*Actt. mart.* c. 5) *δεσπότης καὶ σωτὴρ* nuncupatur. Denique commemoravit ille philosophorum dogmata graecorum c. 8 appellari *τερατείαν καὶ πλάνην τῶν γοητῶν*. His vero verbis significantur *imposturae quales a praestigiatoribus fiunt*. In *Cohort. ad Gent.* c. 5 ipse reprehenditur Plato, quod de deo docuerit *ὡς ἄνωθεν κατεληλυθὼς καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς ἅπαντα ἀκριβῶς ἔωρακώς*. Ibid. c. 11 philosophorum opiniones dicuntur ignorationis omnis et fraudis plenae.

10) Inde in omnes transit editiones. Simile typhetae vitium deprehenditur in *Ev. Matth.* 14, 14. Vid. Paulus et Fritschius ad h. l.

11) Pariter *φιλανθρωπία* de hominibus (*Dial. c. Tr.* c. 110) et de deo (I. c. cc. 47. 107. *Apol. I.* c. 10) praedicatur.

III. DE GNOSTICISMO IN EPISTOLA CONSPICUO.

§. 16.

Opinatur Guerickeus ¹⁾ scriptorem Epistolae ad Diognetum non tam orthodoxum fuisse quam Iustinum Martyrem. Coellnius, Grossheimius, Neander, Schweglerus ²⁾ Epistolam contendunt gnosticam quamdam indolem antiudaicam redolere, quum auctor eius iudaicum cultum (cc. 3. 4) videatur non ab institutione repetere divina. Sed caute Neander: „Und doch findet sich nichts eigentlich Gnostisches in der Schrift.“ Cum eoque faciens Schweglerus: „Der übrige Inhalt des Briefs ist rein christlich.“

§. 17.

Coniecit clarissimus Bunsenus auctorem Epistolae Marcionem fuisse. Librum, quo eius coniecturae dicit argumenta se allaturum, iam anno 1847 (*Ignatius von Antiochien und seine Zeit* p. 244) sub hoc titulo promisit: „Marcion und Hegesippus oder der Brief an Diognet und das muratorische Bruchstück über den Canon.“ Nondum prodiit liber diu expectatus. Ex mea quidem sententia, nuper in Repertorio Lipsiensi (1852. N. 2. p. 75) exposita, ad coniecturam istam firmandam haec imprimis rationes proferri possunt: 1°. quod qui Epistolam dedit religionem studeat ad vitae usum convertere (cc. 5. 6); 2°. quod assiduum Pauli apostoli lectorem se praebeat (videas infra adnotationes exegeticas); 3°. quod infesto sit animo in cultum Iudaei usitatum (cc. 3. 4 — vide supra §. 12); 4°. quod religionem christianam tradat novam prorsus exstitisse (cc. 1. 2. 9 — vide §. 8), quandoquidem logos opus suum salutare inceperit demum ex eo tempore quo homo natus sit (c. 8 — vide §. 13); 5°. quod dei ἀγαθότητα praedicet omnino perfectam et absolutam (c. 8: *μόνος ἀγαθός ἐστιν*); 6°. quod deum hominibus hucusque incognitum in Christo sese manifestasse dicat. C. 8: *Ἀνθρώπων δὲ οὐδείς οὔτε εἶδεν οὔτε ἐγνώρισεν· αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ἐπέδειξεν*. Pariter Marcion apud Tertullianum *adv. Marc.* I. c. 19: „Deus per semetipsum revelatus est in Christo Iesu“ ¹⁾).

1) KG. p. 222.

2) D. von Coelln *Allg. Hall. Lit.-Ztg.* 1828. p. 391. — Von Grossheim *De Epist. ad Diogn.* p. 28. — Neander KG. S. I. T. II. p. 1157 s. — Schwegler *Das*

nachapostol. Zeitalter (Tubing. 1846) T. II. p. 240.

1) Neander l. c. p. 808. *Genet. Entwickel. der vornehmsten gnostischen Systeme* (Ber. 1818) p. 292 ss. — Baumgarten-

Haec vero omnia nihil valent. Sunt nempe eiusmodi ut alius quoque scriptor isque catholicus poterat proferre: neque a Iustino Martyre prorsus abhorrent, qui, ut Epistolae auctor, in numerum Christianorum e Gentilibus arcessitorum vere apostolicorum referendus est²⁾. Dicit quidem I. c. auctor deum seipsum ostendisse. Sed alibi distinguit aperte logon a deo (c. 7: *αὐτὸς ἀληθῶς ὁ παντοκράτωρ . . . τὸν λόγον . . . ἀνθρώποις ἐνίδρυσε . . . ᾧ τοὺς οὐρανοὺς ἔκτισε κτλ.*), filium a patre (c. 8: *ἐννοίαν . . . ἐκοινώσατο μόνῳ τῷ παιδί . . . Πάντ' οὖν ἤδει παρ' ἑαυτῷ σὺν τῷ παιδί*): hic per illum, *διὰ ἀγαπητοῦ παιδός*, patefecit τὰ ἐξ ἀρχῆς ἠτοιμασμένα (c. 8). C. 7: *Ὡς βασιλεὺς πέμπων υἱὸν βασιλέα ἐπεμψεν, ὡς θεὸν ἐπεμψεν*. C. 9: *αὐτὸς τὸν ἴδιον υἱὸν ἀπέδοτο λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν*. C. 10: *Ὁ γὰρ θεὸς τοὺς ἀνθρώπους ἠγάπησε . . . πρὸς οὓς ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ*. Deus igitur, quem nemo prius quam venerat novit, ipse sese manifestavit³⁾, quod filium scilicet ante mundum conditum ex se progenuit, *τὸν θεῖον λόγον*, et tempore ad homines misit. Logo interveniente se manifestavit hominibus. Verba, uti vides, discrimen inter patrem filiumque nequaquam tollunt, sed Christi *θεότητα* affirmant⁴⁾. Ita tantum nexui sententiarum, qualis in Epistola conspicitur, accommodata sunt. Procul dubio auctor, si Marcion fuisset, aliter scripsisset.

Accedit quod sententiae aliquot gnostico illi maxime propriae ab Epistola prorsus absunt; quas exponendi occasio data erat. Quid? Nonnulla gravissimi momenti, quae in Epistola comparent, Bunsenianae evidenter obstant coniecturae. 1°. Marcion iustitiae notionem restrinxit: at auctor Epistolae *δικαιοσύνην* depinxit ceu attributum absolutum. C. 9: *τὸν νῦν τῆς δικαιοσύνης*, scil. *καιρὸν, δημιουργῶν*. Paulo post Christus *ὁ δίκαιος* vocatur eiusque *δικαιοσύνη* laudatur. 2°. Marcion Vetus Testamentum reiecit: at auctor Epistolae interdum illud in usum suum convertit. Cf. §. 12 fin. 3°. Marcion evangelium Ioanneum tamquam iudaicum reprobavit: at auctor Epistolae et evan-

Crusius *Comp. d. christl. DG. P. I.* p. 49.

2) Id probare studui: *Zur Charakteristik des heil. Justinus des Phil. u. Märts.* Vindob. 1852. (Aus dem Februar-Hefte des Jahrg. 1852 der Sitzungsberichte der phil.-histor. Classe der kaiserl. Akademie der Wissensch. besonders abgedruckt.)

3) C. 7 *παρουσίας αὐτοῦ* (dei) mentionem facit. C. 8 *πρὶν αὐτὸν ἔλθειν*. — Deum in Christo apparnisse Lucas *Ev. I.* 17 ait: *αὐτὸς προελεύσεται ἐνώπιον αὐτοῦ*, h. e. *κυρίου τοῦ θεοῦ*. Ibid. 76: *προφήτης ὑψίστου* (dei) *κληθήσῃ*· *προ-*

πορεύσῃ γὰρ πρὸ προσώπου κυρίου (dei). Etiam Marcus *Ev. I.* 2 s. uuum dei et Christi adventum memorat.

4) Dörner *Entwicklungsgesch. d. Lehre v. d. Person Christi.* P. I. p. 414: „Jene Worte beweisen also dass der Verfasser in Christo wahrhafte Gottheit sieht, und sind nur unter dieser Voraussetzung erklärbar, sollen aber den Unterschied zwischen Vater und Sohn nicht aufheben.“ — *Actl. martyr. S. Iust.* (Corp. Apoll. Vol. III) c. 2: *Καγὼ ἄνθρωπος ὧν μικρὰ νομίζω λέγειν πρὸς τὴν αὐτοῦ* (logi-filii) *ἄπειρον θεότητα*.

gelio et epistola prima Ioannis apostoli saepe lubenterque usus est (cc. 6. 7. 9. 10). Cf. infra adnotationes exegeticas. Nolo equidem alia addere⁵⁾.

Itaque cautius saltem diceres: Epistolam a Marcione „gnostico“ non compositam esse, sed a Marcione „catholico“, eo fere tempore quo gnosis, quam deinde professus est, inciperet excogitare. Vel: Epistolam repraesentare transitum Marcionis ex catholica sententia in gnosticam. Inest autem Epistolae summa in exponendis praecipuis evangelii articulis simplicitas, disciplinae apostolorum, imprimis Pauli et Ioannis, valde consentanea. Tertullianus l. c. I. c. 1: „Non negabunt“, inquit, „discipuli eius primam illius fidem nobiscum fuisse, ipsius literis testibus.“ Sed latiori voce „literis“ non Epistola ad Diognetum signatur: scripta potius Marcionis indicantur.

IV. DE TEMPORE ET LOCO QUO EPISTOLA DATA EST.

§. 18.

Qui Epistolam Diogneto inscriptam Iustino philosopho et Martyri denegarunt, fere omnes multo ante huius Patris aetatem esse illam confectam censuerunt. Itaque Tillemontius¹⁾, primum quod auctor se apostolorum discipulum vocet, tum quod de christianismo tamquam de re nova loquatur, denique quod indicet suo adhuc tempore Iudaeos sacrificia deo offerre solitos, — quae quidem argumenta supra ostendi nihil valere —, Epistolam ante quam Hierosolyma et templum suis ruinis sepelirentur h. e. ante annum partae salutis LXX exaratam esse putavit. Idem statuerunt alii viri eruditi, sic tamen, ut aut ipsum scriptorem aut temporis momentum definire studerent. Etenim Gallandius²⁾ Epistolam illam opinatus est ab Apollonio, comite Pauli apostoli celeberrimo, qui a Luca (*Actt. apostt.* XVIII. 24) ἀνὴρ λόγιος et δυνατὸς ἐν ταῖς γραφαῖς dicatur (coll. *Ep. ad Tit.* III. 13, *Ep. I ad Corinth.* I. 12. III. 4—6. IV. 6), Nerone imperante circa annum LXVI aut paullo serius scriptam esse. Baraterius³⁾ autem Clementi Romano (*Ep. ad Philipp.* IV. 3), qui anno Domitiani duodecimo h. e. circa annum XCII episcopus romanae ecclesiae factus

5) Cf. v. c. quae c. 7 ad verba ὡς πρὸς ἀνθρ ὅπως ἐπεμψεν in adnot. exegg. observavi.

1) Tillemont *Mémoires*. T. II. p. 372 et 494. — Roncaglia *Animadv.* T. V.

p. 33. — Grenfell *The Epistles of Barn.* etc. p. XIII.

2) Gallandi *Biblioth.* T. I. p. LXX. — Lumper *Histor.* P. I. p. 189 s.

3) *Disquis. chronol.* p. 77 s.

est⁴⁾, eam adscribit, quandoquidem Clementis stilus valde conveniat cum stilo nostrae Epistolae. Iam Grenfellus⁵⁾ probe contra monuit: „There is an entire absence of any proof that either Apollos or Clement was its author.“ Moehlerus⁶⁾ temporibus Traiani h. e. inter annum XCVIII et CXVII et Permanederus⁷⁾ circa annum CXVI eam confectam censuerunt esse a discipulo quodam apostolico⁸⁾. Etiam Boehlius⁹⁾ iudicavit huius Epistolae conscriptae tempora saltem ad apostolorum aetatem prope accessisse. Dörnerus¹⁰⁾ eam Quadrato tribuendam coniecit. Ast critici illi omnes firmis sunt argumentis destituti.

Enimvero ante Iustini tempora ad Diognetum Epistola neutiquam data esse potest. Nam, id quod docti illi viri nondum animadverterunt, eius auctor permulta ex plerisque fere omnibus Novi Testamenti scriptis, h. e. ex Evangeliiis, Actis apostolorum, Epistolis ad Romanos, Corinthios, Galatas, Ephesios, Philippenses, aliis, suae orationi intexuit¹¹⁾, interdum liberius quidem¹²⁾, semper ita tamen ut ipsum scripta illa legisse appareat. Vixit igitur aetate citeriori, qua in Christianorum coetibus saltem plurima scripta Novi Testamenti collecta erant, h. e. aetate Iustini Martyris. Quem quidem primum compluribus Novi Testamenti scriptis usum esse¹³⁾ constat. Insuper notabile est eadem fere scripta, quorum usus in Epistola comparet, a Martyre in Apologiis quoque et in Dialogo cum Tryphone usurpata esse. Accedit aliud indicium, quod Iustini aetatem indicat. Christiani enim in Epistola iam longe lateque propagati apparent atque a Iudaeis aperte discernuntur. Cf. potissimum c. 5: *Κατοικοῦντες δὲ πόλεις ἑλληνίδας τε καὶ βαρβάρους*. C. 6: *Χριστιανοὶ κατὰ τὰς τοῦ κόσμου πόλεις* sc. *ἑσπαρμένοι εἰσίν*. Coll. *Apol. I. c. 25: ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων*. *Dial. c. Tr. c. 117: Οὐδὲ ἐν γὰρ ὅλως*

4) Euseb. *Hist. eccl.* III. c. 15 et 34. Coll. Hieronym. *De virr. illustr.* c. 15.

5) L. c.

6) Moehler *Ges. Schrift.* T. I. p. 21 s. et *Patrol.* T. I. p. 166. — Hefele *Opp. PP. apost.* p. LXXIX.

7) *Biblioth.* T. II. Vol. I. p. 54.

8) Ad tempus apostolicum Epistolam etiam referunt Tholuck *Die Lehre von der Sünde und vom Versöhner* (Hamb. 1823) p. 146 et Fessler *Institut. patrol.* T. I. p. 193. — Primis saeculi secundi temporibus eam exaratam dicit Neander *KG. S. I. T. I.* p. 118.

9) *Opuscc.* P. I. p. 113 s.

10) *Entwicklungsgesch. d. Lehre v. d. Person Christi* P. I. p. 178.

11) Fugit id omnes, quod equidem

sciam, quorum studia in diiudicandis explicandisque Novi Testamenti scriptis versata sunt. Uberius ea de re exposui locosque huc pertinentes notavi in *Illgeni Zeitschrift für d. histor. Theologie* (Lips.) 1841. Fasc. II. p. 80 s., 1842. Fasc. II. p. 54 ss., 1843. Fasc. I. p. 43 ss. Coll. *Indicem locorum* in fine huius libri.

12) „Überhaupt darf man bei der geistig-freien Stellung der ältesten Kirche zu den Aposteln nicht immer wörtliche und namentliche Anführungen verlangen.“ Haec l. c. 1841. Fasc. II. p. 78 (1842. Fasc. II. p. 48) inter alia animadverti.

13) Id ostendi l. c. 1841. Fasc. II. p. 77 ss., 1842. Fasc. II. p. 41 ss., 1843. Fasc. I. p. 34 ss. Coll. *Corp. Apoll.* Vol. II. p. 507 ss.

ἔστι τὸ γένος ἀνθρώπων, εἴτε βαρβάρων εἴτε Ἑλλήνων εἴτε ἀπλῶς ὀφτινιοῦν ὀνόματι προσαγορευομένων, ἢ ἀμαξοβίων ἢ ἀοίκων καλουμένων ἢ ἐν σκηναῖς κτηνοτρόφων οἰκούντων, ἐν οἷς μὴ διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ σταυρωθέντος Ἰησοῦ εὐχαὶ καὶ εὐχαριστίαι τῷ πατρὶ καὶ ποιητῇ τῶν ὅλων γίνονται. *Apol. I. cc. 32. 40. 53. 56. Dial. c. Tr. cc. 52. 91. 110. 121. 131.* Post Iustini tempora, ultimis saeculi decenniis, Zellerus¹⁴⁾ Epistolam datam esse contendit. Ad Iustini vero aetatem eam referunt Coellnius quoque et Semischius¹⁵⁾, qui Tzschirnero adstipulatur dicenti: „In das Zeitalter Justin's wird diese Schrift deshalb mit grosser Wahrscheinlichkeit gesetzt, weil sie ihm zugeschrieben worden ist, und Nichts enthält was auf ein späteres Zeitalter führen könnte. Vielmehr rechtfertiget die frische Begeisterung, die in ihr sich ausdrückt, und die Schilderung der Christen als einer zwar verfolgten, aber schon über die Welt sich ausbreitenden Gesellschaft die Annahme, dass sie in die Zeit gehöre, wo eben der neue Glaube angefangen hatte lauter sich auszusprechen und bemerkbarere Fortschritte zu machen“¹⁶⁾.

Scripta autem est Epistola tempore, quo Christiani non modo a Gentilibus sed a Iudaeis quoque et vexabantur et cruciabantur. C. 5: Ὑπὸ Ἰουδαίων ὡς ἀλλόφυλοι πολεμοῦνται, καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων διώκονται. Coll. cc. 6 et 7. Illud ὡς ἀλλόφυλοι Christianos haud dubie indicat in Palaestina viventes, hincque potissimum Christianos ex Iudaeis arcessitos. Nec temere Iudaeos primo loco commemoratos esse putarim. Observes etiam levius διώκειν de Gentilibus, Christianorum persecutoribus, dictum esse; at gravius πολεμεῖν, impugnare, de Iudaeis esse pronuntiatum cernis. Igitur, id quod Basnagius, Ceillierius, Grossheimius, Herbigius¹⁷⁾ scite observarunt, Epistolae scriptor aperte ad bellum iudaicum temporibus Hadriani gestum respicit. Namque Iudaei anno CXXXII rebellione facta duce Bar Cochba ad bellum contra Romanos consurgebant; quo in bello, per integrum triennium (usque ad annum

14) *Theolog. Jahrbücher* (Tub.) 1845. Fasc. IV. p. 619 s.

15) Sailer *Briefe aus allen Jahrh. d. christl. Zeitrechn.* Fasc. I. p. 38. — Dan. von Coelln *Allg. Hall. Lit.-Ztg.* 1828. p. 391. — Guericke *KG.* p. 222. — Semisch *Justin d. Mär.* P. I. p. 186. — Schwegler *Das nachapostol. Zeitalter* T. II. p. 240.

16) *Der Fall d. Heidenth.* T. I. p. 218. — Credner *Beitr.* T. I. p. 50: „Der ganze Inhalt spricht dafür, dass wir in

dem Verfasser dieses Sendschreibens einen Mann aus der ersten Hälfte des zweiten Jahrhunderts vor uns haben.“ Ritter *Gesch. d. chr. Philos.* P. V. p. 290: „Der Brief an Diognetus — wahrscheinlich die älteste der uns erhaltenen Apologien.“ Solus Lardnerus *Glaubwürdigk.* P. II. T. I. p. 205, tempus distincte non definiens, in universum ait Epistolam ante aetatem Constantini Magni esse confectam.

17) Basnage *Annal.* T. II. p. 129. — Ceillier *Hist. gén.* T. II. p. 39. — Von

CXXXV) acerbissime gesto, Iudaei crudeliter in Christianos, ipsis obtemperare nolentes et fidem abnegare recusantes, saevierunt eosque ultimis affecerunt suppliciis¹⁸⁾. Id etiam Iustinus testatur in Apologia prolixiori, annis fere tribus post illud bellum finitum conscripta, ubi ait c. 31: (Ιουδαῖοι) ἐχθρὸς ἡμᾶς καὶ πολεμῖους ἡγοῦνται, ὁμοίως ὑμῶν (Romanis) ἀναιροῦντες καὶ κολάζοντες ἡμᾶς ὁπόταν δύνωνται, ὡς καὶ πεισοῦναι δύνασθε· καὶ γὰρ ἐν τῷ νῦν (nostro tempore) γεγενημένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ Βαρχαχέβας, ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἀρχηγέτης, Χριστιανὸς μόνος εἰς τιμωρίας δεινὰς, εἰ μὴ ἀρνοῖντο Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν καὶ βλασφημοῖεν, ἐκέλευεν ἀπάγεσθαι. Coll. c. 36 et Dial. c. Tr. c. 16. Unde luce clarius apparet Epistolam ad Diognetum circa hoc fere tempus h. e. circa medium quartum saeculi secundi decennium (a. 133—135) scriptam esse, igitur non ita multo post quam Iustinus in Palaestina ad rem christianam conversus est¹⁹⁾. Certe eam Apologia priori, anno CXXXVIII aut initio sequentis exarata, antiquiorem esse inde concluditur quod scriptor Diognetum, in aula imperatoria viventem (§. 21. 22), saltem verbo ad hanc Apologiam revocasset Antonino Pio et Marco Aurelio et Lucio Vero et Sacro Senatui et universo Populo Romano nuncupatam: quemadmodum Iustinus in eadem Apologia (c. 26) lectores ad opus suum „contra omnes haereses“ relegavit, et in Apologia posteriori (cc. 4. 6. 8) illis Pii filiis adoptivis memoriam prioris renovavit, ad eandemque in Dialogo cum Tryphone (c. 120) respexit. Nusquam vero in Iustinianis scriptis Epistola commemoratur. Minime mirum id quidem. Est enim scriptio privata, ad hominem singularem data, neque iuris publici facta nec divulgata.

§. 19.

Quod ad locum Epistolae conscriptae attinet, nihil certi constitui potest. Videtur Grossheimio¹⁾ potissimum ob insignem cogitandi rationem Alexandriae confecta esse. Quid? Fortasse, siquidem Iustini est, Romae exarata est: ubi ille post conversionem,

Grossheim *De Epist. ad Diogn.* p. 29. — Herbig *De scriptt. Iust.* p. 87.

18) Orosius *Histor.* VII. c. 13. — Hase *KG.* p. 40: „Die Christen in Palästina haben in diesen Kämpfen viel gelitten, unter den Römern, von denen sie oft als Juden behandelt wurden, und noch mehr unter dem Messias, weil sie sich weigerten ihm zur Rettung des gemeinsa-

men Vaterlandes zu folgen.“ — Neander l. c. p. 176.

19) Iustini conversio, per Iudaeo-Christianum ecclesiae catholicae praeparata in valle Iordani ad mare mortuum, circa annum CXXX facta est. Plura videsis in scriptis meis supra §. 10. not. 1 et §. 17. not. 2 citatis. — Mecum fecit Hoffmann *Just. d. Märt. Br. an Diogn.* p. 6.

1) *De Epist. ad Diogn.* p. 29.

christianam rem ut praedicaret, commorabatur, iam quidem ante quam Apologiam priorem Antonino Pio tradidit²⁾).

V. DE DIOGNETO CUI EPISTOLA INSCRIPTA EST.

§. 20.

Temere Ioannes Iortinus¹⁾ putavit hanc Epistolam non esse nisi exercitationem rhetoricam ideoque nunquam Diogneto oblatam. Idem olim multi de Iustini aliorumque Christianorum veterum libris apologeticis statuerunt. Ex animo assentior Tzschirnero sic praeclare dicenti: „Dass Justin's freimüthige und kühne Apologien nur rhetorische Uebungsschriften seien, welche er gar nicht in der Absicht dass sie den Kaisern übergeben würden geschrieben habe, konnte nur der Unverstand feiger Pedanten behaupten. Die Zeit der Verfolgung und Gefahr bringt keine Rhetoren hervor; auch vermögen die welche nur reden um zu reden nicht die Wahrheit und Innigkeit auszudrücken, welche wir in diesen Schriften finden.“²⁾)

§. 21.

Nomen Διογνήτου, a Διο et γνήτος (γενητός) ductum, in antiquitate frequens videtur fuisse. Accurate autem inquirendo fere hos Diognetos cognovi a veteribus esse memoratos.

Ac primum quidem Athenienses vel Attici fuere: 1°. Διόγνητος septimus Archon perpetuus circa annum 907 a. Chr. n.: *Marm. Par.* ep. 29¹⁾. — 2°. Δ. Archon Olymp. 72, 1 (a. 492): *Dionys. Hal. Antiqq. Rom.* VI. c. 49²⁾. — 3°. Δ. circa idem tempus: ap.

2) Euseb. *Hist. eccl.* IV. c. 11. Quae Iustinus in Apologia priori (a. 138 vel 139) c. 26 de statua Simonis Magi in insula Tiberina erecta narrat aperte indicant ipsum illam statuam vidisse. Herm. Schlu rick *De Simonis Magi fatis Romanis* (Misn. 1844. 4^o) p. 18. — Româ in Asiam minorem se contulit, ubi colloquium cum Tryphone Iudaeo habuit. Euseb. l. c. IV. c. 18. Inde in Italiam reversus scholam Romae instituit ibique ad mortem usque docuit. Euseb. l. c. V. c. 13. *Act. martyr. S. Iust.* c. 3. In his Actis Rustico praefecto dicit: Ἐπεδήμησα τῇ Ῥωμαίων πόλει τοῦτο δεύτερον. — Unum addo. Cohortatio ad Gentiles, siquidem a Iustino originem

habet, non ita multo post conversionem scripta est. Ex hoc autem libro colligere licet Iustinum in peregrinatione post conversionem suscepta Alexandriam, nobile illud literarum domicilium, petiisse (c. 13): unde in Italiam primum profectus est (c. 37).

1) *Anmerk. über d. Kirchenhistor.* p. 341.

2) *Der Fall d. Heidenth.* T. I. p. 209. Add. Kestner *Agape* p. 354, Neander *KG. S. I. T. I.* p. 299, Semisch *Justin d. Mär.* P. I. p. 63 s.

1) Herm. Weissenborn *Hellen* (Ien. 1844) p. 58.

2) Car. Fr. Hermann *Lehrb. d. griech. Staatsalterth.* ed. 2 (Heidelb. 1836) p. 431.

Rangabé *Antiquités Helléniques* Vol. I. N. 259. p. 343. — 4°. Δ. miles de patria meritis intra annos 444 et 404: ap. eumd. l. c. N. 308. p. 375. — 5°. Δ. cognatus vel amicus familiae Niciae c. a. 403: Lys. *de bonis Niciae frat.* §. 9. — 6°. Δ. c. a. 400: Andocid. *de myster.* §. 14. — 7°. Δ. c. a. 380: ap. Boeckh. *Corp. inscriptt. gr.* Vol. I. N. 921. p. 532. — 8°. Δ. Θοπίκιος c. a. 348: Demosth. *in Mid.* §. 82. — 9°. Δ. homo dissolutus: id. *in Nausim.* §. 27. — 10°. Δ. Archon Olymp. 129, 1 (a. 264); *Marm. Par.* prooem. l. 3.³) — 11°. Δ. ἐξ Οἴου c. a. 170: ap. Boeckh. l. c. N. 124. p. 169. — 12°. Δ. Παμνούσιος: ap. eumd. N. 761. p. 512. — 13°. Δ. qui insidiis civitatem quamdam cepit: Polyæn. *Strategem.* V. c. 38. — 14°. Δ. incertus: ap. Ross: *Die Demen von Attica* (Hal. 1846) N. 179.

Sed etiam apud alias nationes graecas illud nomen in usu erat. Memorantur: 15°. Διόγνητος Erythraeorum princeps: Parthen. *Erot.* c. 9. — 16°. Δ. Megarensium princeps: Polyæn. l. c. I. c. 27. §. 3. — 17°. Δ. Cres, pugil, qui ut heros a Cretensibus cultus est: ap. *Phot. Bibl.* cod. 190. — 18°. Δ. vates: ap. eumd. l. c. — 19°. Δ. Crotoniates, qui Olymp. 58, 1 (a. 548) palmam tulit: Pausan. *Descript. Graec.* X. c. 5. §. 13. — 20°. Δ. itinerum Alexandri Magni mentor: Plin. *Hist. Nat.* VI. c. 17. §. 21. — 21°. Δ. in nummo Chio, qui tempore Alexandri M. percussus est, ap. Mionnet *Descript. médailles antiq.* T. I. p. 523. — 22°. Δ. navarchus Antiochi Magni: Polyb. *Histor.* V. c. 43. §. 1. al. — 23°. Δ. Rhodius, architectus vel potius mechanicus c. a. 312: Vitruv. *de archit.* X. c. 22. — Accedit 24°. Δ. Carthaginensis, Clitomachi philosophi pater: Stephan. Byz. s. v. Καρχηδών.

Illos vides Diognetos omnes diu ante christianam aetatem vixisse. Mentio quidem fit Diogneti cuiusdam qui Tiberii Claudii tempore a. 41—54 p. Chr. Athenis floruit: ap. Boeckh l. c. N. 266. p. 368. Sed in veterum monumentis demum secundo Christi saeculo nomen illud denuo idque ultimum memoratur. Eo enim vocatus est Marci Aurelii praeceptor. Qui quidem Diognetus quarto saeculi secundi decennio Romae in aula imperatoria vixit, quandoquidem Marcus anno CXXI editus est in lucem et duodecennis ad altiora philosophiae stoicae studia pleno gradu contendit. Is imperator ipse honorificentissimam mentionem de illo fecit *Τῶν εἰς ἑαυτὸν* I. c. 6 dicens: se ab hoc praeceptore didicisse rerum inanium studio abstinere, iis fidem denegare quae a praestigiatoribus de incantationibus

3) Hermann l. c.

et de daemonibus averruncandis aliisque eiusmodi imposturis dicantur, coturnices ad pugnam non alere neque insana talium rerum admiratione teneri, libere dicta aequanimiter sustinere; eundem effecisse ut philosophiae animum adiecerit, ut Bacchium et Tandasidem et Marcianum⁴⁾ audierit, ut dialogos puer adhuc conscripserit, ut grabatum ac pellem (pro stratis) expetierit caeteraque institutionis graecae (nempe stoicae) adminicula. Ipsa illius verba apponam. Παρὰ Διογνήτου (διδασκάλου), inquit, τὸ ἀκινόσπουδον, καὶ τὸ ἀπιστητικὸν τοῖς ὑπὸ τῶν τερατευομένων καὶ γοήτων περὶ ἐπωδῶν καὶ περὶ δαιμόνων ἀποπομπῆς καὶ τῶν τοιούτων λεγομένοις, καὶ τὸ μὴ ὀρτυγοτροφεῖν μηδὲ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐπτοῆσθαι, καὶ τὸ ἀνέχεσθαι παρῆρησίας, καὶ τὸ οἰκειωθῆναι φιλοσοφία, καὶ τὸ ἀκοῦσαι πρῶτον μὲν Βακχίου εἶτα Τανδάσιδος καὶ Μαρκιανοῦ, καὶ τὸ γράψαι διαλόγους ἐν παιδί, καὶ τὸ σκίμπος καὶ δορᾶς ἐπιθυμῆσαι καὶ ὅσα τοιαῦτα τῆς ἑλληνικῆς ἀγωγῆς ἐχόμενα. Diognetus igitur philosophus isque Stoicus fuit; ad Stoicum enim σκίμπος et δορὰ attinent. Sed Iulius Capitolinus in *vita* illius imperatoris c. 4 refert: „Operam praeterea (M. Aur.) pingendo sub magistro Diogneto dedit.“ Quid igitur dicemus? Ab eo Diogneto, qui Marcum pingere docuit, diversum fuisse illum Stoicum? Potest hoc dici. *Utrumque* sane discerni malit Salmasius⁵⁾, cui Reimarus et Silligius⁶⁾ adstipulantur. Putaverat enim Casaubonus⁷⁾ nemini praestigiarum istiusmodi reprehensionem (τὸ ἀκινόσπουδον ... λεγομένοις) magis convenire quam pictori, qui nosset „pleraque eorum quae de diis vulgo crederentur, ad libidinem pictorum inventa primo, ridicule postea fidem invenisse apud homines qua supersticiosos qua veritatis incuriosos.“ Recte contra hanc opinionem Casaubonianam Salmasius repugnat. Qui: „Nec enim,“ inquit, „ad deorum opinionem aut ea quae de diis creduntur vulgo, quaeque ad pictorum arbitrium, ex ingenio cuiusque inventa primo, mox propagata fidem de iis apud homines confirmarunt, pertinet ille Marci locus, sed ad magicarum incantationum praestigias et ludibria, quibus fidem nullam adiungi et accommodari debere Marcum docebat ille Diognetus; qua in re non pictoris officium faciebat scilicet sed philosophi.“ Agnoscit vero Salmasius potuisse eundem Diognetum esse pictorem simul et phi-

4) Quam horum philosophorum neque in Capitolino neque alibi fiat mentio, suspicatur Gatakerus ad loc. cit., Casaubonus secutus, corrupta esse haec nomina et pro Bacchio ponendum *Euty-chium* (Capitol. c. 2), pro Tandaside *Andronem* (l. c.) pro Marciano *Melianum* (rectius *Moecianum*: l. c. c. 3). In re tam

incerta quid statuas certi? Vid. Brucker. *Histor. crit. philos.* T. II. p. 580.

5) Ad Capit. *vit. Marc. Aur.* c. 4.

6) Reimar. ad Dion. Cass. *Hist. rom.* LXXI. 1. p. 1177. §. 9. (ap. Sturz. Vol. VI. p. 691). — Sillig *Catalog. artium* (Dresd. et Lips. 1827) p. 189.

7) Ad Capit. l. c.

losofophum. Id quidem veri esse simillimum quilibet concedet. Po-
tuit, ut post Gatakerum⁸⁾ Bruckerus et Harlesius⁹⁾ censuerunt,
Marcum ad philosophiae studium impellere monitaque eiusmodi ei sug-
gerere, etiam qui philosophiam non esset professus; quamquam, id
quod probe admonent, nec pingendi artificium quidquam impedit quo
minus et philosophiam aut profiteretur aut eadem saltem imbutus fuerit,
quum inter disciplinas liberales pictura quoque olim haberetur¹⁰⁾.
Paucissimi quidem Romanorum eam exercebant, non tamen quod infra
se positum arbitrarentur pingere, sed quod studia rei militaris pru-
dentiaeque civilis et eloquentiae colenda esse statuerent, utpote quibus
ad dignitates liceret grassari. Artem autem pictoriam in honore fuisse
apud homines ingenuos vel unius C. Fabii (a. U. 450), Marci filii,
exemplo constat, qui quum patricia gente ortus esset, teste Plinio
Hist. nat. XXXV. c. 4 aedem Salutis pinxit indeque Pictoris cogno-
men familiae intulit primus. Vel Caesares quidam ob artis illius
peritiam celebrantur; etenim Marcus Aurelius philosophus, ut erat
πολυμαθέστατος, sub Diogneto magistro eam non dedignatus est
condiscere, et Hadrianus, ut Xiphilinus (*E Dione exc. hist.* p. 257.
ed. H. Steph.) refert, *καὶ ἐπλασσε καὶ ἔγραψε*, h. e. et statuas fecit
et tabulas pinxit. Etiam Metrodorus pictor fuit et philosophus, magnae
in utraque scientia auctoritatis, ut Plinius l. c. c. 11. §. 135 narrat.
Idem de Hermogene valet, c. a. 170 Carthagine degente, adversus
quem Tertullianus librum scripsit. Itaque Diognetum philosophiae
studio artem pingendi adiecisse nullus dubito.

Hoc unum addo. Memoratur in veteri lapide apud Rossium
l. c. N. 58 artifex Diogneti filius: quem quidem vir ille doctus filium
Diogneti, de quo agimus, pictoris esse censet¹¹⁾.

§. 22.

Constat autem inter omnes apud Marcum Aurelium, id quod
ipse a Catulo fatetur (*Τῶν πρὸς ἑαυτὸν* I. c. 13) didicisse, magna

8) Ad locum Marci Aurelii *De se ipso* I. c. 6.

9) Brucker l. c. p. 583. — Harles in Fabric. *Biblioth. graec.* ed. 4. Vol. III. (Hamb. 1793. 4°) p. 560. — Diognetum pictorem et philosophum fuisse Halloixius quoque *Illustr. ecclesiae Scriptt.* T. II. p. 281 et Basnagius *Anall.* T. II. p. 129 definiverunt. Hoc adiicio. Diversi si fuissent, aut Marcus haud dubie pictoris mentionem fecisset, aut Capitolinus philosophi.

10) Eunapius *De vitt. philos. et so-*

phist. in *vit. Prisci* p. 94 (ed. Col.) Hilarium Bithynum, sub Valente a. 364—379 Athenis degentem, dicit *πρὸς τῷ καθαρῷ τῆς ἄλλης παιδείας κατὰ γραφικὴν οὕτω φιλοσοφῆσαντα, ὥστε οὐκ ἐτεθνήκει ἐν ταῖς ἐκείνου χερσίν ὁ Εὐφρανῶρ.* Quintilianus *Instit. orat.* XII. c. 10. §. 6: „Euphranorem admirandum facit, quod et caeteris optimis studiis inter praecipuos et pingendi fingendique idem mirus artifex fuit.“

11) Ait l. c. p. 63: „War er vielleicht ein Sohn des Malers Diognetos? Das Pa-

semper valuisse praeceptores auctoritate¹⁾; quos ut divinis paene honoribus prosequeretur reliqui fecit nihil, quandoquidem Cornelio Frontoni in primis et Iunio Rustico post ultima utriusque fata statuas a senatu postulavit et posthac Iulium Proculum ad consulatum pro-
vexit. *Capitol. vita Marci* c. 2 s. „Tantum autem honoris,“ inquit ille historiarum auctor l. c. c. 3, „magistris suis detulit ut imagines eorum aureas in larario haberet ac sepulcra eorum aditu, hostiis, floribus semper honoraret.“ Quid? Cum Rustico omnia commūdicavit publica privataque consilia (*Capitol. l. c.*). Et Herodes Atticus quanta libertate dicendi apud imperatorem valuerit quoque erga eum animo usus sit ille, memorabili exemplo Philostratus *de vitt. Sophist.* II. c. 1 narrat. Sine ulla dubitatione etiam Diognetus multum auctoritate valuit apud Marcum.

Quid igitur? Multi praeunte Halloixio viri eruditi²⁾ putaverunt Diognetum, ad quem scripta Epistola est, eundem illum esse, quo magistro usus est Marcus Aurelius. Neque est cur obloquamur. Quin etiam haud pauca in medium proferri possunt ad confirmandam istam coniecturam, ad quam vel ex iis qui Epistolam genuinum Iustini foetum esse negarunt nonnulli³⁾ accesserunt.

Ac primum quidem Epistola data est ad hominem gentilem, qualis Diognetus ille fuit. Unus Nourrius⁴⁾ absurde coniecit Diognetum Iudaeorum potius quam Gentilium religioni addictum fuisse. Cui opinionioni tam alia quae in Epistola dicuntur quam haec verba de cultu gentili c. 2 pronuntiata valde repugnant: Ἴδε ... τίνος ὑποστάσεως ἢ τίνος εἶδους τυγχάνουσιν οὓς ἔρεῖτε καὶ νομίζετε θεούς. ... Οὐ ταῦτα πάλιν, τὰ νῦν ὑφ' ἑμῶν προσκυνούμενα, δύνατ' ἂν ὑπὸ ἀνθρώπων σκευὴ ὁμοία γενέσθαι τοῖς λοιποῖς; ... Ταῦτα θεούς καλεῖτε, τούτοις δουλεύετε, τούτοις προσκυνεῖτε. — Tum ex Epistola satis liquet lectorem non fuisse e faece vulgi, sed doctum et eruditum, id quod belle convenit Diogneto philosopho, Marci magistro. — Porro tempus, quo Epistola confecta est,

läographische erlaubt, an so späte Zeit zu denken.“

1) Cf. Christ. Wolle in ed. *Marci* libr. *De se ipso* (Lips. 1729) Prolegg. p. 140.

2) Halloix *Illustr. ecclesiae orient. Scriptt.* T. II. p. 281. — Cave *Scriptt. eccles. histor. liter.* p. 37. — Du Pin *Nouv. Biblioth.* T. I. p. 61. — Tenzel *Miscell.* P. I. p. 439. — Basnage *Annall.* T. II. p. 129. — Ceillier *Hist. gén.* T. II. p. 39 s. — Cotta *KG.* T. II. p. 737. — Kestner *Agape* p. 394 s. — Graesse *Lehrb. einer*

allg. Literärgesch. T. I. S. II. p. 939. — Nec repugnant caeteri (ut Maranus *Opp. Iustin.* p. LXXV), qui Epistolam a Iustino profectam esse censent.

3) Huc referendi Boehlius, *Opuscc.* P. I. p. 114, Coellnius *Allg. Hall. Lit.-Ztg.* 1828. p. 391, Bunsen *Ignat. v. Ant. u. seine Zeit* p. 243. — Caeteri ex iis qui Epistolam Martyri abiudicant alium quemdam Diognetum, nobis plane ignotum, significari contendere coacti sunt.

4) *Apparat.* T. I. p. 447.

mirifice quadrat in Diognetum, quippe qui eodem tempore Romae in aula caesarea versaretur. — Denique egregie, ut ex iis patescit quae de Marci praeceptoribus supra exposui, congruit Diogneto, quod Epistola ad virum magnae auctoritatis scripta est. Id praecipue conicio ex honorifico alloquio *κράτιστε Διόγνητε*, quo scriptor in Epistolae principio utitur. Fuerunt quidem aliquot Viri docti⁵⁾, qui illud *κράτιστε* putarent non titulum esse sed dictum ad significandam amicitiam et familiaritatem. At vero ne unus quidem locus in Epistola deprehenditur, quo ista probetur sententia. Immo ex omnibus apparet scriptorem nulla consuetudine cum Diogneto coniunctum fuisse. Alioquin ille procul dubie iam ante Epistolam, de qua sermo est, conscriptam saltem quasdam res ad christianismum pertinentes Diognetum edocuisset. Sed is ita quaerit (vide c. 1) et ille ita respondet, facile ut cognoscas lectorem rudem fuisse rerum christianarum et scriptorem antea neque coram neque literis cum illo egisse. Accedit quod alloquium *κράτιστε* perraro ad amicitiam declarandam olim adhibitum esse videtur⁶⁾; certe illud plerumque honorificum fuisse multis potest veterum locis comprobari. *Κράτιστος* enim, superl. adi. *κρατός* (Hom. II. XVI. 181. Od. V. 49), quod idem ac *κρατερός* sive *κραταιός* (*κράτος*) valet, est *viribus valde pollens, potentissimus*. Hesychius: *Κράτιστος*: *ισχυρότερος, δυνατώτατος*. Sic Iuppiter vocatur ap. Pindar. Ol. XIV. 20 et Achilles ap. Sophocli. Phil. 3.⁷⁾ Consequitur inde ut idem sit quod *praestantissimus* vel *nobilissimus*. Cf. II. Macc. IV. 12: *κρατίστους τῶν ἐφήβων*, quae verba de Wetteus recte interpretatur: „die edelsten der Jünglinge.“ Hoc autem sensu potissimum illud adhibebatur vocabulum Augusteo saeculo et deinceps in compellendis iis qui in dignitate constituti erant, hominibus illustribus nobilesque. Immo proprius fuit titulus virorum principum et magistratum eminentiorum, teste Theophylacto in *ev. Luc.* argum.; qui: *Τὸ κράτιστος,*

5) Gehle *Brem- u. Verd. Biblioth.* T. I. F. II. p. 223: „theuerster Diognet.“ — Grimm *Krit. Pred.-Biblioth.* T. XXII. F. III. p. 519. — Ad „amicum“ Epistolam scriptam esse etiam Stephanus obiter dicit in *edit. Epist.* p. 104.

6) Usurpabatur in oratione blanda et adulatoria, ut notavit Theophrastus *Charact.* 3 (6): *Ὁ δὲ ἀρεσκός . . . ἀνδρα κράτιστον εἰπών*. Ioseph. *Antiqq. iud.* IV. c. 6. §. 8: *ὁ κράτιστοι νέων*. Amici lubentius compellabantur epitheto *φιλιτάτου* vel *βελτίστου*. Instin. *Dial.* c. Tr. c. 141: *ὁ φίλιτατε Μάρκε Πομπήϊε*. Coll. *ibid.* c. 8. Longinus *De*

sublimit. c. 44. §. 6 Terentianum discipulum affatur *ὦ βέλτιστε*. Alibi *φιλιτατε*, ut c. 1. §. 1. 3. c. 7. §. 1. c. 44. §. 1. Atque *Τερεντιανὲ ἤδιστε* c. 1. §. 4. c. 4. §. 3. Semel tantum, c. 38. §. 1, eum alloquitur *ὦ κράτιστε*. Hoc fortasse discipulo licebat iure suo petere.

7) Coll. *Oedip. R.* 40: *ὦ κράτιστον Οἰδίπου κἀρα*. Xenoph. *Memor.* S. I. c. 4. §. 1: *Σωκράτην νομίζουσιν . . . προτρέψασθαι μὲν ἀνθρώπους ἐπ' ἀρετὴν κράτιστον γέγονέναι*, h. e. *valuisse discipulos in viam virtutis inducere*. LXX Amos. VI. 2: *κρατίστιας ἐκ πασῶν τῶν βασιλειῶν*.

inquit, ἐπὶ τῶν ἀρχόντων καὶ ἡγεμόνων ἐλέγετο⁸⁾. Nonnullis exemplis proferendis grati aliquid lectoribus facere puto. Pilatus in subdititia ad Tiberium relatione ap. Fabric. *Cod. apocr. N. T. P. III.* p. 457 hunc imperatorem bis in exordio κράτιστον (κρατίστῳ, σεβασμιωτάτῳ καὶ φοβερωτάτῳ Τιβερίῳ et κράτιστε βασιλεῦ) alloquitur. In fragm. Pseudo-Democriti ap. *Fabric. Bibl. gr. T. IV. P. II.* p. 334 legitur: κράτιστε καὶ μέγιστε αὐτοκράτορ. Cyrillus Alex. c. *Iul. prooem.* (Opp. ed. Aubert. T. VI) p. 3: ὁ κράτιστος Ἰουλιανός. Eodem titulo Romani procuratores insigniti erant, Felix ap. *Luc. Actt. apostt. XXIII. 26* et *XXIV. 3* (κράτιστε Φῆλιξ), Festus l. c. *XXVI. 25* (κράτιστε Φῆστε), Epaphroditus ap. *Ioseph. de vita sua c. 76* et c. *Apion. I. c. 1* (κράτιστε ἀνδρῶν Ἐπαφρόδιτε)⁹⁾. Dio Chrysostomus Varinum, quem ἡγεμόνα fuisse indicat, *Orat. XLVIII* init. (p. 530 coll. p. 535 ed. Morell.) κράτιστον dicit. Etiam Lucas *Ev. I. 3.* verbis κράτιστε Θεόφιλε virum designat qui auctoritatem obtinebat et fortasse graviorem alioquem gerebat magistratum¹⁰⁾. Nec repugnat quod evangelista *Actt. apostt. I. 1* omisso illo elogio eum simpliciter allocutus est: ὦ Θεόφιλε. Non enim stilus aetatis istius iudicandus ex nostri aevi moribus; ex Ciceronis epistolis et orationibus caesarianis cognosci potest illo tempore vel summos in republica viros, ut Caesarem, solo suo nomine appellatos fuisse¹¹⁾. Aliquoties Domitius Ulpianus, qui inter principes viros et praefectus praetorio apud Alexandrum Severum fuit, κράτιστος dicitur Modestino (circa medium saeculum tertium viventi) in *libro de Excusationibus. Dig. lib. XXVI. tit. VI. qui petant tutt. vel curatt. fr. 2. §. 5:*¹²⁾ Καὶ Ulpianos ὁ κράτιστος οὕτως γράφει, ubi vetus interpres recte: „Ulpianos egregius“¹³⁾. *Dig. lib. XXVII. tit. I. de excusatt. fr. 2. §. 9:*¹⁴⁾ Λέγει καὶ ὁ κράτιστος Οὐλπιανός, ubi vetus interpres: „nobilis Ulpianus.“ *Ibid. fr. 4. §. 1:*¹⁵⁾ Γράφει δὲ καὶ Οὐλπιανός

8) Io. Leonh. Hug *Einleit. in d. Schrift. d. N. T. T. II* (Tub. 1808) p. 97.

9) *C. Apion. II. c. 1: τιμιώτατέ (honoratissime) μοι Ἐπαφρόδιτε.* Fuit Traiani libertus ac procurator. Vide Havercampum ad *lib. c. Ap. I. c. 1.*

10) Id praeter alios probe Paulus, Meyerus, de Wettens, Olshausenus ad l. c., Bretschneiderus in *Lex. man. in librr. N. T. ed. 3* (Lips. 1840. 4^o) p. 233 observarunt. Ergo minus recte vulgatus interpres: „optime Theophile.“ Lutherus: „mein guter Theophile.“ Melius de Wettens: „verehrtester Theophilus.“ Etiam versiones gallicana: „Très excellent Théophile,“

at anglicana: „Most excellent Theophilus.“

11) Epiphanius *adv. haeres. II. cc. 17* et *38* similiter: ὦ κράτιστε Θεόφιλε. *C. 62: ὦ Θεόφιλε.*

12) Apud Kriegelium: *Antiqua versio latina fragm. e Modest. lib. de excuss. in integrum restituta* (Lips. 1830. 4^o) p. 28.

13) Egregiatus enim erat ordo in officiis aulicis rite observatus. Plura dedit Iac. Gothofredus ad *Cod. Theodos. lib. VI. tit. 22 de honorar. codicillis* (T. II. p. 117 s. ed. Ritter).

14) Ap. Kriegel. l. c. p. 36.

15) Ap. Kriegel. l. c. p. 38.

ὁ κράτιστος, ubi ille: „nobilissimus.“ Pari modo Iulianus, celeberrimus tempore Hadriani c. a. 132 iureconsultus, qui consul, qui Urbi praefectus, Iustiniano imperatori in *Constitut. δέδωκεν* §. 18 ὁ κράτιστος dicitur. Addendi Hermogenes, etiam Iustini aetate (c. med. saec. sec.) degens, *de invent.* III. c. 1: ὁ κράτιστε Ἰούλιε Μάρκε — et Artemidorus, qui in *Oneirocrit.* p. 197 (ed. Rigalt.) eodem fere tempore (c. a. 138) Cassium Maximum, virum illustrem, nomine τοῦ κρατίστου nuncupat. Ergo non inepte suspicor Diognetum, κράτιστον compellatum, ad quem adhuc exstat Epistola, fuisse virum auctoritate effulgentem. Atque idem ante me Grotium, Heumannum, Gallandium, Moehlerum, alios¹⁶⁾ statuisse video. Illum autem Diognetum virum magnae auctoritatis et illustrem fuisse, fortasse etiam ex verbis patescit quibus auctor Epistolae c. 1 rogat ut ob ea quae dixerit dolore non afficiatur: σοί τε — scil. παρὰ τοῦ Θεοῦ αἰτοῦμαι δοθῆναι — οὕτως ἀκοῦσαι ὡς μὴ λυπηθῆναι τὸν εἰπόντα.

§. 23.

Diognetum a Caesare iuvene impulsus fuisse, Iustinum ut consuleret de rebus quas in Apologia priori vel brevius attigisset vel tacitus praeteriisset, Kestnerus¹⁾ temere suspicatus est. Ostendi enim Epistolam ante Apologiam illam esse exaratam²⁾. Diognetus autem, ut supra (§. 21) exposui, philosophus erat stoicus. Quorum disciplinam ad christianam proxime accessisse constat: nulla certe alia secta pietatis virtutisque studium et exercitium aut pluris fecit aut fortius spiravit aut penitius inculcavit³⁾. Romae vero non deerat occasio frequens singulares Christianorum virtutes admirandi. Unde magno stoicus ille christianae rei cognoscendae desiderio flagrabat. Ὑπερεσπουδακότα σε (scil. ὀρῶ) — (testatur scriptor c. 1) — τὴν Θεοσέβειαν τῶν Χριστιανῶν μαθεῖν, καὶ πάνυ σαφῶς καὶ ἐπιμε-

16) Grotius ad *Ev. Luc.* I. 3. — Nourry *Apparat.* T. I. p. 447. — Heumann *Biblioth. Bremens.* Class. IV. Fasc. III. p. 497. — Gallandi *Biblioth.* T. I. p. LXXI. — Lumper *Histor.* P. I. p. 191. — Moehler *Patrol.* T. I. p. 166. — Permaneder *Biblioth.* T. II. Vol. I. p. 52 s. — Adstipulatus mihi est Hoffmann *Just. d. Märt. Br. an Diogn.* p. 21. Reddidit: „erlauchter Diognetus.“

1) Agape p. 394 s.

2) Eichstadius in *Exercitatione Antonin.* III, *Annal. academiae Ienens.* Vol. I. (Ien. 1823. 4^o) inserta p. 264 contra il-

lum virum doctum: „Neque,“ inquit, „(Iustinus) apologeticum suum in illa (Epistola ad D.) commemorat, neque eam tamquam commentarium apologetici proponit, sed ita tractat Diognetum, ita religionis christianae elementis imbuit, ut rudem instituere, non institutum perfecte pleneque edocere voluisse videatur.“

3) Iustinus in *Apol. II.* c. 8 verbis plane disertis ait: Τὸν ἡθικὸν λόγον κόσμιοι γέγονασιν scil. οἱ ἀπὸ τῶν Στωϊκῶν δογματῶν. Hieronymus *Comm. in Ies.* c. 11: „Stoici nostro dogmati in plerisque concordant.“

λῶς πυνθανόμενον περὶ αὐτῶν, τίνι τε θεῷ πεποιθότες καὶ πῶς
 θρησκεύοντες αὐτόν τε κόσμον ὑπερορῶσι πάντες καὶ θανάτου
 καταφρονοῦσι κτλ. Atque philosopho convenit stoico prae cae-
 teris christianum philosophum adire per epistolam. Iustini enim
 pallio philosophico ornati⁴), haud dubie etiam in Italia, quam in pere-
 grinationibus (post quam ad christianam rem conversus est susceptis)
 visitaverat aliquamdiu⁵), magna erat fama, saltem inter Christianos,
 eaque facile poterat ad aures accedere Diogneti de re christiana quae-
 rentis.

VI. DE EXTREMA EPISTOLAE PARTE.

§. 24.

Iam Henr. Stephanus, qui primus hanc Epistolam in lucem
 edidit, verba inde ab *Ὁὺ ξένα ὁμιλῶ* usque ad *Ἀμήν* subdititia esse
 putavit. „Vereor,“ inquit¹), „ne totus hic sermo ad finem usque sit
 supposititius, et alio sermone clausa fuerit a Iustino haec oratiuncula,
 praesertim quum res illi non esset cum Christiano, qui *εἰς τοιαῦτα*
τῶν λόγων βάρη penetrare posset, sed contra cum Diogneto quodam
 omnis christianae doctrinae adhuc rudi. Adde quod, quum praece-
 dentia omnia Iustinum redoleant, si cum caeteris eius scriptis con-
 ferantur, et multa etiam cum illis communia habeant, contra nullae
 tales contemplationes apud eum, quod sciam, inveniantur.“ Hanc
 sententiam Sylburgius²) et Tillemontius³) repetierunt, eidem-
 que calculum criticum adiecerunt Boehlius, Grossheimius, Se-
 mischius⁴), alii⁵). Profecto re curatius explorata patescit totam
 hanc partem temere Epistolae assutam esse.

4) *Dial. c. Tr. c. 1. not. 4.*

5) Cf. §. 19.

1) In edit. *Epist. ad Diogn.* p. 71.

2) *Opp. Iustin.* p. 433.

3) *Mémoire.* T. II. p. 494. Sed spuriam
 Epistolae partem cum aliis viris doctis,
 quos non appellat, incipit perperam a
 verbis c. 11: *Οὗτος ὁ αἰεὶ, σημερὸν*
υἱὸς λογισθεῖς. Ait enim: „Mais on
 croit que ... toute la fin de l'Épître
 depuis ces paroles *οὗτος ὁ αἰεὶ* a été
 ajouté et n'est point du mesme ou-
 vrage.“

4) Boehl *Opuscc.* P. I. p. 115—118. —

Von Grossheim *De Epist. ad Diogn.*
 p. 30 s. — Semisch *Iustin d. Märt.* P. I.
 p. 174 s.

5) Von Coelln *Allg. Hall. Lit.-Ztg.*
 1828. p. 391. — Herbig *De scriptt. Iust.*
 p. 91. — Neander *KG. S. I. T. II.* p. 1158.
 — Hefele *Opp. PP. apostt.* p. LXXX. —
 Sailer *Briefe aus allen Jahrh. der chr.*
Zeitrechn. F. I. p. 56 germanice reddidit
 Epistolam usque ad verba c. 12 *οἱ γενό-*
μενοι παράδεισος τροφῆς. — Incertus
 est quid statuatur Dorner *Entwickelungs-*
gesch. d. Lehre v. d. Person Christi P. I.
 p. 179.

§. 25.

Primum externum affero argumentum. Etenim in veteri codice Stephani manu scripto et in Argentoratensi e regione verborum *Οὐ ξένα ὁμιλῶ κτλ.* adiecta est ad oram haec adnotatio: *καὶ ὡςδε ἐγκοπὴν εἶχε τὸ ἀντίγραφον.* Ille enim versus, qui initium a verbis *Οὐ ξένα* sumit, in codice Argentoratensi interius, h. e. magno spatio a margine interiecto, incipit. Ista autem ἐγκοπή indicat verba inde ab *Οὐ ξένα ὁμιλῶ* usque ad *Ἀμὴν* subdititia esse.

Tum interna sunt argumenta, ex sententiis elicita, quae produnt ab eodem quo prior Epistolae pars hanc posteriorem non esse compositam.

Namque 1°. Epistolae argumentum capite 10 ad finem perductum est: quae inde a c. 11 dicuntur cum antecedentibus nexu sententiarum non cohaerent. — 2°. Quae usque ad capitis 10 finem proponuntur interna perpetuitate gaudent: talis verò tenor in utroque capite 11 et 12 non comparet. „Quid,“ inquit Boehlius, „sibi volunt verba *οὐ ξένα ὁμιλῶ οὐδὲ παραλόγως ζητῶ?* Quid huc attinet eum asserere sese *οὐ παραλόγως ζητεῖν*, quum per totam Epistolae expositionem in tradenda fidei evangelicae summa a subtilioribus quibuscunque, nedum ab ineptis disputationibus, plane abstinerit ideoque intelligere debuerit hac excusatione se prorsus non indigere? Neque etiam verba quae proxime sequuntur: *τίς γὰρ ὁρθῶς διδάχθεις καὶ λόγῳ προσφιλεῖ γεννηθεις*, huic Epistolae consentanea esse videntur. Quum enim appareat e verborum contextu pronomine *τίς* significari *μαθητὴν* aliquem, cognitiones ab apostolis traditas, de quibus modo dixit auctor, sibi ministrari cupientem: videmus hinc designari discipulum in doctrina fidei recte edoctum iamque sublimiori quadam de rebus divinis cognitione instruendum, id quod huic Epistolae haud congruum esse videtur. Etenim haud verisimile est Nostrum, in eo scilicet versantem ut gentilem instituat fide christiana demum imbuendum, eorum se doctorem profiteri qui in doctrina fidei iam recte edocti ad altiora provehi studeant.“ — 3°. Quae c. 12 in laudem *τῆς γνώσεως* pronuntiantur verbis contradicunt c. 8 de *πίστει* propositis: *αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπέδειξε διὰ πίστεως, ἧ μόνῃ θεὸν ἰδεῖν συγκεχώρηται.* Neque ingenio scriptoris Epistolae consentanea est mystica interpretandi ratio, qualis c. 12 in memorandis arboribus *γνώσεως* et *ζωῆς* offertur. — 4°. Prior Epistolae pars non nisi quaestionibus a Diogneto de re christiana positis vult respondere (c. 1); at posterioris partis auctor profitetur se iussu logi neque ab

alio impulsum sua scripsisse, quandoquidem c. 11 dicat: Ἐπιγνώση ἃ λόγος ὁμιλεῖ, δι' ὧν βούλεται, ὅτε θέλει. Ὅσα γὰρ θελήματι τοῦ κελεύοντες λόγου ἐκινήθημεν ἐξαιρεῖν μετὰ πόνον, ἐξ ἀγάπης τῶν ἀποκαλυφθέντων ἡμῖν γινόμεθα ὑμῖν κοινωνοί⁶). — 5°. In priori Epistolae parte, id quod omnino antiquissimam eamque Iustinianam sapit consuetudinem⁷), altum de Paulo apostolo silentium tenetur neque usquam verba ex eius epistolis aut citantur diserte aut ei tribuuntur. Sed scriptor partis posterioris c. 12 aperte ait: Ἦν δύναμιν ἐνιδῶν ὁ ἀπόστολος... λέγει· Ἡ γυνῶσις κτλ. (I Cor. VIII. 1.) — 6°. Accedit orationis color diversus ab eo quo prior fruitur Epistolae pars. Hic dictio valde simplex est et perspicua: at in posteriori Epistolae parte magno tumore laborat et obscuritate. Res varii generis tam mirifice cumulatae et commixtaeprehenduntur ut ad summa argumenta vix queant redigi.

Extrema igitur Epistolae pars spuria est. Et tota quidem, quum certum genuinae Epistolae fragmentum in hac verborum turba desit. Non tamen Boehlius⁸) omnia, quae hic leguntur, spuria esse contendit, sed potius coniecit particulas huic loco inesse genuinas. Temere id statuit. Ipse concedere coactus est adulterinis ita permixtas esse illas particulas genuinas, a spuriis ut certo iudicio secerni nequeant. Genuina autem opinatur esse verba: ἀλλὰ ἀποστόλων γεν. μαθητῆς γίνομαι διδάσκαλος ἐθνῶν. Huc refert etiam locum: Οὐ χάριν ἀπέστειλε λόγον usque ad ἐν ἀγίων καρδίαις γεννώμενος. Pariter verba: Ὅσα γὰρ θελήματι usque ad τοῖς ἀγαπῶσιν ὀρθῶς. At vero obstat illi coniectationi, quod argumentum capite 10 ad finem perductum est. Insuper vocabulum μαθητῆς, quod in genuina Epistolae parte non legitur, hic saepius exstat: γινόμενοις ἀληθείας

6) Aliud Semischii argumentum, quo fretus extremam Epistolae partem spuriam putat, in eo cernitur, quod non unus lector, ut Diognetus, sed plures respiciantur. ProvoCAT ad c. 11: Οὐ ξένα ὁμιλῶ... ἀλλὰ ἀποστόλων γενόμενος μαθητῆς γίνομαι διδάσκαλος ἐθνῶν· τὰ παραδοθέντα ἀξίοις ὑπηρετῶ γινόμενοις ἀληθείας μαθηταῖς — et ad c. 12: Ὅσα... ἐκινήθημεν ἐξαιρεῖν... γινόμεθα ὑμῖν κοινωνοί. Οἷς ἐντυχόντες καὶ ἀκούσαντες μετὰ σπουδῆς εἴσεσθε ὅσα παρέχει ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν ὀρθῶς. Hoc vero argumentum, ab Hefelio repetitum, admodum leve est. „Ita enim,“ inquit Eichstadius in *Exercit. Anton.* III. (*Annal. acad. Jen.* Vol. I.) p. 264, „facit Iustinus, ita fecerunt saepissime caeteri scriptores

christiani, ut ab uno, quem alloquantur, orationem suam transferrent ad omnes gentiles, quos refellere aut meliora docere volebant. Neque omnino haec ratio abhorret ab usu optimorum scriptorum. Cfr. Burmannus ad *Quintil. Institut.* IX. 2. *Declamatt.* XIII. 13. Davisius ad *Cic. N. D.* I. 38.“ Pluralis quae ratio sit, discere licet ex c. 2: Τίνος εἶδος τυγχάνουσιν οὓς ἐρεῖτε καὶ νομίξετε θεοῦς... Ταῦτα θεοῦς καλεῖτε, τούτοις δουλεύετε κτλ. Quid? In ipsa supposititia Epistolae parte haec leguntur c. 11: Ἐπιγνώση ἃ λόγος ὁμιλεῖ — c. 12: Ἦτω σοι καρδία γυνῶσις.

7) Cf. *Illgeni Zeitschr. für die histor. Theol.* (Lips.) 1842. F. II. p. 51 ss.

8) *Opuscc.* P. I. p. 119. Vid. supra §. 24, not. 3.

μαθηταῖς — σαφῶς μαθεῖν — φανερώς μαθηταῖς. Vocabulum autem ἄγιοι, quod non est in genuina parte, in qua Χριστιανοὶ appelluntur, repetitur cc. 11 et 12. Verba denique Ὅσα γὰρ usque ad ὁρθῶς commode cohaerent et cum antecedentibus et cum insequentibus⁹⁾.

§. 26.

Quaenam autem causa est cur additamentum in Epistolam irrepserit? Boehlius¹⁾ censet illud per negligentiam aut inscitiam librarii huc esse transscriptum. Librarii enim haud raro scripta, vel aetate vel argumento inter se valde differentia, copularunt et in unum confuderunt. Saepius tamen fraus, pia vulgo vocata, libros spurios peperit. Inde conicio totam illam partem (cc. 11. 12) adscriptam esse ab aliquo, qui aut deperisse Epistolae finem putaret aut suas opiniones vetustatis auctoritate commendare vellet; fortasse potissimum studebat prohibere ne Epistolae scriptor auctoritatem legis mosaicae et prophetarum reiecisse (quare: εἶτα φόβος νόμου ἔδεται καὶ προφητῶν χάρις γινώσκειται — c. 11), neve de auctoritate dogmatum ecclesiasticorum doctrinam neglexisse (quare: οἷς ὅρια πίστεως οὐ θραύεται οὐδὲ ὅρια πατέρων παρορίζεται — ibid.) videretur. Etiam Boehlius²⁾ istam suam deserens sententiam ex parte recte ait: „Equidem conicere malim Epistolam hic de industria interpolatam(?) esse ab homine, qui tum permagnas lacunas, quibus in fine mutilatam inveniret Epistolam, explere, tum eam propensionibus suis et opinionibus conformare studeret: eique (inde a verbis οἱ γενόμενοι παράδεισος τρυφῆς) finem adscriptum esse vel ab interpolatore ipso confectum vel aliunde petitum.“

Tempus, quo confectum est illud additamentum, non potest accurate constitui. Sed scripsit Noster tempore multo inferiori, quam genuinae Epistolae ad Diognetum auctor³⁾. Id scilicet quum ex tota quae in additamento conspicitur sentiendi ratione patet, tum ex hisce effatis: c. 11: δι' οὗ (λόγου) πλουτίζεται ἡ ἐκκλησία . . . καὶ ἐκκλησίας χάρις σκιρτᾷ (haec certum firmumque christianae rei statum indicant) — ὅρια πίστεως οὐ θραύεται οὐδὲ ὅρια πατέρων παρορίζεται (vide infra adnotationes exegeticas) — εὐαγγελίων

9) Alia praeterea contra monuit Grossheimius *De Epist. ad Diogn.* p. 31 s. — Boehlius ipse l. c. p. 121. ex parte illam deserit coniecturam indicando totam partem, de qua hic agitur, exceptis verbis ἀλλὰ ἀποστόλων γεν. μαθ. γίν. διδ. ἔθνῶν adulterinam esse.

1) *Opusca.* P. I. p. 120.

2) L. c. p. 121.

3) Idem Boehl. l. c. p. 122, Grossheim. *De Epist. ad Diogn.* p. 32, Semisch. *Justin d. Märt.* P. I. p. 175 contendunt.

πίστις ἰδρῦται καὶ ἀποστόλων παράδοσις φυλάσσεται (haec evidenter opponuntur libris Veteris Testamenti distributis in νόμον et προφήτας). Auctor c. 12 tacito nomine divi Pauli antonomastice Apostoli titulo ipsum designat (ὁ ἀπόστολος ... λέγει), quo Paulus non nisi post priora ecclesiae saecula insignitus fuisse comperitur. Chrysostomus *Homil. LV. in Actt. Apostt.* (Opp. ed. Montfauc. T. IX.) p. 415: Ὅταν Ἀπόστολον εἶπης, εὐθέως πάντες αὐτὸν ἐννοοῦσιν· ὡσπερ ἐὰν Βαπτιστὴν, εὐθέως τὸν Ἰωάννην. Fragmentum autem videtur saltem tertio Christi saeculo aut paullo serius confectum esse. Id colligo ex verbis c. 12 obviis: καὶ κηροὶ συναγόνται καὶ μετὰ κόσμου ἀρμόζονται. Scimus quidem christianos homines iam primis temporibus lampadibus (vel cereis) usos fuisse⁴), quum effugiendarum persecutionum causa noctu convenire solerent, easque posthac quoque diurno tempore retinuisse, vel quod memoriam persecutionum servare vellent vel quod morem in synagogis iudaicis usitatum imitarentur: sed demum inde a medio saeculo tertio cereorum dispositioni momentum quoddam tribuebant; unde explices illud μετὰ κόσμου ἀρμόζονται. Immo vero etiam sensum mysticum iis subiiciebant. Cur tandem additamenti auctor eos commemorasset? Videtur autem altiorem Christianorum illuminationem (φωτισμόν) designare, id quod etiam ex verbis liquet l. c. appositis: καὶ διδάσκων ἁγίους ὁ λόγος ἐμφραίνεται. Rationem illi haud dubie habebant effati Iesu *Ev. Ioann.* VIII. 12 et IX. 5: Ἐγὼ εἶμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Noti sunt cerei baptismales, qui a scriptoribus saeculi quarti memorantur; indicabant enim cerei illi baptismum esse sacramentum τοῦ φωτισματος. Unde factum ut, quando solemnes baptismi ritus celebrabantur, maxime in vigilia paschali, totum baptisterium et interdum tota urbs luminibus illustraretur. Splendida haec illustratio paschalis, quam veteres persaepe praedicant, praecipue propter baptismum instituebatur⁵). Tale quid respicit auctor l. c. dicens: καὶ τὸ κυρίου πάσχα προέρχεται.

Fuit autem is moderatioris γνώσεως scholae alexandrinae sectator, ita tamen, ut ab orthodoxia recedere ecclesiastica nollet. Idem Boehlius⁶) statuit. Qui: „Id,“ inquit, „ex totius loci argumento

4) De vocabulo κηροῦ, quod est Latinorum *cereus* (*Wachskerze*), plura dederunt du Cange in *Glossar. ad scriptt. med. et inf. graecit.* T. I. p. 645, et Reiskius ad *Constantin. Porphyr. de cerimon. aulae Byzant.* l. c. 9 (*Corp. Scriptt. histor. Byz.* ed. Niebuhr. etc. Vol. II) p. 163.


5) Cfr. de cereorum usu Io. Chr.

Guil. Augusti *Denkwürdigk. aus d. christl. Archäologie* T. VII (Lips. 1825) p. 315 s. T. XII (1831) p. 78 ss. et Car. Chr. Fr. Siegel *Handb. der christl. kirchl. Alterthümer* T. II (Lips. 1836) p. 444 ss.

6) L. c. p. 122 s. — Calculum criticum adiecit Grossheim. l. c. p. 32.

patet scriptorem fuisse moderatiorem γνώσεως sectatorem⁷⁾, ab immodico tamen res divinas investigandi studio et inanibus quaestionibus, quas apostolus Paulus *μωρῶν καὶ ἀπαιδευτῶν ζητήσεων* nomine compellavit, alienum, ideoque etiam istorum aversatum esse ineptas quaestiones indeque orta commenta qui Gnosticorum nomine peculiariter designantur. Sensisse ergo eum putemus cum iis doctoribus quibus saeculo secundo exeunte et saeculo tertio post Christum natum floruit schola alexandrina, ut, quomodo hi *γνώσιν ἀληθινὴν* a *γνώσει ψευδωνύμῳ* discreverint, eodem modo Noster *γνώσιν ἀληθῆ καὶ μαρτυρουμένην ὑπὸ τῆς ζωῆς* a gnosi falso sic dicta distinxisse videatur. Eundem porro fuisse orthodoxiae ecclesiasticae addictum, qui omnem de rebus divinis cognitionem doctrinae ecclesiasticae limitibus circumscribendam esse contenderet, manifestum est ex additis verbis: *οἷς ὅρια πίστεως οὐ θραύεται οὐδὲ ὅρια πατέρων παρορίζεται.*“

7) Idem fere putavit von Coellen in *Allg. Hall. Lit.-Ztg.* 1828. p. 391.



TEXTUS GRAECUS

ET

TRANSLATIO LATINA.

**ΙΟΥΣΤΙΝΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ
'ΠΡΟΣ ΔΙΟΓΝΗΤΟΝ.**

I. Ἐπειδὴ ὄρω, κράτιστε Διόγνητε, ὑπερεσπουδακότα σε τὴν θεοσέβειαν τῶν Χριστιανῶν μαθεῖν, καὶ πάνυ σαφῶς καὶ ἐπιμελῶς πυνθανόμενον περὶ αὐτῶν, τίνι τε θεῷ πεποιθότες καὶ πῶς θρησκεύοντες αὐτόν τε κόσμον ὑπερορῶσι πάντες καὶ θανάτου καταφρονοῦσι, καὶ οὔτε τοὺς νομιζομένους ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων θεοὺς λογίζονται οὔτε τὴν Ἰουδαίων δεισιδαιμονίαν φυλάσσουσι, καὶ τίνα τὴν φιλοστοργίαν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους, καὶ τί δὴ ποτε καινὸν τοῦτο γένος ἢ ἐπιτήδευμα εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον νῦν καὶ οὐ πρότερον, ἀποδέχομαι γε τῆς προθυμίας σε ταύτης, καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ, τοῦ καὶ τὸ λέγειν καὶ τὸ ἀκούειν ἡμῖν χορηγοῦντος, αἰτοῦμαι δοθῆναι ἐμοὶ μὲν εἰπεῖν οὕτως ² ὡς μάλιστα τὸν ἀκούσαντα βελτίω γενέσθαι, σοὶ τε οὕτως ἀκοῦσαι ὡς μὴ λυπηθῆναι τὸν εἰπόντα.

II. Ἄγε δὴ, ³ καθάρας σεαυτὸν ἀπὸ πάντων τῶν προκατεχόντων σου τὴν διάνοιαν λογισμῶν, καὶ τὴν ἀπατιῶσάν σε συνήθειαν ἀποσκευασάμενος, καὶ γενόμενος ὡσπερ ἐξ ἀρχῆς καινὸς ἄνθρωπος, ὡς ἂν καὶ λόγου καινοῦ, καθάπερ καὶ αὐτὸς ὡμολόγησας, ἀκροατῆς ἐσόμενος, ἴδε μὴ μόνον τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀλλὰ καὶ τῇ φρονήσει, τίνος ὑποστάσεως ἢ τίνος εἴδους τυγχάνουσιν οὓς ἐρεῖτε καὶ νομίζετε θεοὺς. Οὐχ ὁ μὲν τις λίθος ἐστίν, ὁμοῖος τῷ πατουμένῳ, ὁ δ' ἐστὶ χαλκός, οὐ κρείσσων τῶν εἰς τὴν χρῆσιν ἡμῖν κεχαλκευμένων σκευῶν, ὁ δὲ ξύλον, ἤδη καὶ σεσηπός, ὁ δὲ ἄργυρος, ⁴ χρῆζων ἀνθρώπου τοῦ ⁵ φυλάξαντος ἵνα μὴ κλαπῆ, ὁ δὲ σίδηρος, ὑπὸ ἰοῦ διεφθαρμένος, ὁ δὲ ὄστρακον, οὐδὲν τοῦ κατεσκευασμένου πρὸς τὴν ἀτιμοτάτην ὑπηρεσίαν εὐπρεπέστερον; Οὐ φθαρτῆς ὕλης ταῦτα πάντα; Οὐχ ὑπὸ σιδήρου

Variantes lectiones textus Stephaniani, quippe per editiones vulgati:

1. ΠΡΟΣ ΔΙΟΓΝΗΤΟΝ] Ἐπιστολὴ πρὸς Διόγνητον.

IUSTINI PHILOSOPHI ET MARTYRIS
AD DIOGNETUM.

I. Quum te, amplissime Diognete, valde studiosum videam divinum Christianorum cultum cognoscendi, et admodum plane curateque de iis percontantem, cui deo confidentes et quam religionem colentes ipsum mundum aspernentur omnes ac mortem contemnant, et neque eos qui a Gentilibus dii existimantur pro diis habeant neque Iudaeorum superstitionem observent, et quo amore mutuo inter se affecti sint, et cur tandem novum hoc genus aut institutum prodierit nunc [demum] ac non prius: laudo te propter hoc studium, atque a deo, qui et loquendi et audiendi facultatem nobis suppeditat, peto ut detur mihi quidem ita verba facere ut is qui audivit utique melior fiat, et tibi ita audire ut non contristetur is qui verba fecit.

II. Age dum, postquam purgaveris te ipsum ab omnibus cogitationibus tuam mentem praeoccupantibus, et consuetudinem te decipientem abieceris, et factus fueris velut ab initio novus homo, quippe etiam doctrinae novae, sicut ipse quoque confessus es, auditor futurus: vide non solum oculis sed etiam mente, cuius substantiae aut cuius formae sint quos vocatis et existimatis deos. Nonne [eorum] alius est lapis, ei similis qui calcatur, alius est aes, non melius quam quae in usum nostrum fabricata sunt vasa, alius lignum, iam etiam putridum, alius argentum, cui opus est homine custodiente ne furto auferatur, alius ferrum, rubigine corruptum, alius testa, nihilo speciosior ea quae ad abiectissimum ministerium facta est? Nonne ex corruptibili materia [sunt] haec omnia? Nonne ferri et ignis ope fabricata? Nonne eorum aliud sculpsit lapidum, aliud faber aerarius,

2. ὡς μάλιστα τὸν ἀκούσαντα βελτίω γενέσθαι] ὡς μάλιστα ἂν ἀκούσαι σε βελτίω γενέσθαι.

3. καθάρας] καθέρας.

4. χρήζων] χρήζων.

5. φυλάξαντος] φυλάξοντος.

καὶ πυρὸς κεχαλκευμένα; Οὐχ ὁ μὲν αὐτῶν λιθοξόος, ὁ δὲ χαλκεύς, ὁ δὲ ἀργυροκόπος, ὁ δὲ κεραμεὺς ἐπλασεν; Οὐ πρὶν ἢ ταῖς τέχναις τούτων εἰς τὴν μορφήν τούτων ἐκτυπωθῆναι ἦν ⁶ ἕκαστον αὐτῶν ἐκάστω, ἔτι καὶ νῦν, μεταμεμορφωμένον; Οὐ τὰ νῦν ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης ὄντα σκεύη γένοιτ' ἂν, εἰ τύχοι τῶν αὐτῶν τεχνιτῶν, ὅμοια τοιούτοις; Οὐ ταῦτα πάλιν, τὰ νῦν ὑφ' ὑμῶν προσκυνούμενα, δύναιτ' ἂν ὑπὸ ἀνθρώπων σκεύη ὅμοια γενέσθαι τοῖς λοιποῖς; Οὐ κωφά πάντα; Οὐ τυφλά; Οὐκ ἄψυχα; Οὐκ ἀναισθητα; Οὐκ ἀκίνητα; Οὐ πάντα σηπόμενα; Οὐ πάντα φθειρόμενα; Ταῦτα θεοὺς καλεῖτε, τούτοις δουλεύετε, τούτοις προσκυνεῖτε· ⁷ τέλεον δ' αὐτοῖς ἕξομοιοῦσθε. Διὰ τοῦτο μισεῖτε Χριστιανούς ὅτι τούτους οὐχ ἡγοῦνται θεούς. Ὑμεῖς γάρ, οἱ νῦν νομίζοντες καὶ οἰόμενοι, οὐ πολὺ πλέον αὐτῶν καταφρονεῖτε; Οὐ πολὺ μᾶλλον αὐτοὺς χλευάζετε καὶ ὑβρίζετε, τοὺς μὲν λιθίνους καὶ ὄστρακίνους σέβοντες ⁸ ἀφυλάκτως, τοὺς δὲ ⁹ ἀργυροῦς καὶ χρυσοῦς ἐγκλείοντες ταῖς νυξί, καὶ ταῖς ἡμέραις φύλακας παρακαθίσαντες, ἵνα μὴ κλαπῶσιν; Αἷς δὲ δοκεῖτε τιμαῖς προσφέρειν, εἰ μὲν αἰσθάνονται, κολάζετε μᾶλλον αὐτούς· εἰ δὲ ἀναισθητοῦσιν, ἐλέγχοντες αἵματι καὶ κνίσαις αὐτοὺς θρησκεύετε. Ταῦθ' ὑμῶν τις ὑπομεινάτω. Ταῦτα ἀνασχέσθω τις ἑαυτῷ γενέσθαι. Ἄλλὰ ἄνθρωπος μὲν οὐδὲ εἰς ταύτης τῆς κολάσεως ἐκὼν ἀνέξεται, αἰσθησὶν γὰρ ἔχει καὶ λογισμόν· ὁ δὲ λίθος ἀνέχεται, ἀναισθητεῖ γάρ. ¹⁰ Οὐκ οὖν τὴν αἰσθησὶν αὐτοῦ ἐλέγχετε. Περὶ μὲν οὖν τοῦ μὴ δεδουλωσθαι Χριστιανούς τοιούτοις θεοῖς πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα εἰπεῖν ἔχομι· εἰ δέ τι μὴ δοκοῖ ¹¹ κἂν ταῦτα ἱκανά, περισσὸν ἡγοῦμαι καὶ ¹² τὸ πλείω λέγειν.

III. Ἐξῆς δὲ περὶ τοῦ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ Ἰουδαίοις θεοσεβεῖν αὐτοὺς οἰμαί σε μάλιστα ποθεῖν ἀκοῦσαι. Ἰουδαῖοι τοίνυν, εἰ μὲν ἀπέχονται ταύτης τῆς προειρημένης λατρείας καὶ ¹³ ὡς θεὸν ἓνα τῶν πάντων σέβειν καὶ δεσπότην ἀξιοῦσι φρονεῖν· εἰ δὲ τοῖς προειρημένοις ὁμοιοτρόπως τὴν θρησκείαν προσάγουσιν αὐτῷ ταύτην, διαμαρτάνουσιν. Ἄ γὰρ τοῖς ἀναισθητοῖς καὶ κωφοῖς προσφέροντες οἱ Ἕλληνες ἀφροσύνης δεῖγμα παρέχουσι, ταῦθ' οὔτοι καθάπερ προσδεομένῳ τῷ θεῷ λογιζόμενοι παρέχειν μωρίαν εἰκὸς μᾶλλον ἡγοῖντ' ἂν, οὐ θεοσέβειαν. Ὁ γὰρ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ πᾶσιν ἡμῖν χορηγῶν ὧν προσδεόμεθα, οὐδενὸς ἂν αὐτὸς προσδέοιτο τούτων ὧν τοῖς οἰομένοις διδόναι παρέχει αὐτός. Οἱ δὲ γε θυσίας αὐτῷ δι' αἵματος

6. ἕκαστον] ἕκαστος.

7. τέλεον δ' αὐτοῖς ἕξομοιοῦσθε] τέλειόν τε * ἕξομοιοῦσθε.

8. ἀφυλάκτως] ἀφυλάκτους.

9. ἀργυροῦς] ἀργυρέους.

aliud faber argentarius, aliud figulus finxit? Nonne, prius quam artibus horum in formam istorum efficta sunt, unumquodque eorum ab unoquoque, idque etiam nunc, transformabatur? Nonne quae nunc ex eadem materia sunt vasa, si nanciscerentur eosdem artifices, similia talibus reddi possent? Nonne haec rursus, quae nunc a vobis adorantur, possent ab hominibus vasa reliquis similia fieri? Nonne surda [sunt] omnia? Nonne caeca? Nonne inanima? Nonne sensus expertia? Nonne immobilia? Nonne omnia putrescunt? Nonne omnia corrumpuntur? Haec deos vocatis, his servitis, haec adoratis; omnino autem similes iis reddimini. Idcirco odistis Christianos quia hos non arbitrantur esse deos. Atqui vos, qui nunc putatis et existimatis [hos esse deos], nonne multo magis quam illi eos contemnitis? Nonne multo magis eos irridetis et contumelia afficitis, dum lapideos quidem et testaceos veneramini sine custodibus, argenteos autem et aureos includitis noctu, atque interdum custodes apponitis, ne furto auferantur? Honoribus vero, quos opinamini offerre, potius supplicio eos afficitis, si quidem sensu praediti sunt: sin expertes sunt sensus, dedecorantes sanguine et nidore eos colitis. Haec vestrum aliquis sufferto! Haec patitor aliquis sibi fieri! Sed ne unus quidem homo hoc supplicium nisi invitus patietur, sensu enim praeditus est et ratione; at lapis patitur, sensu enim caret. Non sane sensum eius evincitis. Ac de eo, quod Christiani diis huiusmodi in servitutem redacti non sunt, multa quidem et alia dicere possem; si cui tamen non videantur haec sufficere, supervacaneum arbitror et plura dicere.

III. Deinceps autem de eo quod non idem cultus divinus iis est atque Iudaeis puto te maxime cupidum esse audiendi. Iudaei igitur, si quidem abstinere hoc supradicto cultu et ut deum unum omnium venerari dominumque existimare volunt [,recte sentiunt]; si simili tamen modo quo supradicti hoc cultu eum prosequuntur, in errore versantur. Nam quae Gentiles, sensus expertibus et surdis offerentes, dementiae dant argumentum, ea hi, deo tamquam indigenti praebere putantes, stultitiam forte potius existiment, non divinum cultum. Qui enim fecit coelum et terram et omnia quae in iis sunt, atque omnibus nobis ea suppeditat quibus indigemus, ipse nullo horum indiget quae ipse iis praebet qui putant se [ei] dare. Sane qui per sanguinem et nidorem et holocausta se facere ei sacrificia putant, hisque

10. Οὐκ οὖν κτλ.] οὐκοῦν τὴν αἰσθησιν * ἐλέγχετε.

11. καὶ] καί.

12. τὸ πλείω λέγειν] τὸ * λέγειν.

13. ὡς] εἰς.

καὶ κρίσης καὶ ὀλοκαυτωμάτων ἐπιτελεῖν οἴομενοι, καὶ ταύταις ταῖς τιμαῖς αὐτὸν γεραίρειν, οὐδὲν μοι δοκοῦσι διαφέρειν ¹⁴ τῶν εἰς τὰ κωφὰ τὴν αὐτὴν ¹⁵ ἐνδεικνυμένων φιλοτιμίαν, ¹⁶ τὰ μὴ δυνάμενα τῆς τιμῆς ¹⁷ μεταλαμβάνειν.

IV. Ἀλλὰ μὴν τό γε περὶ τὰς βρώσεις αὐτῶν ψοφοδεῆς καὶ τὴν περὶ τὰ σάββατα δεισιδαιμονίαν καὶ τὴν τῆς περιτομῆς ἀλαζονείαν καὶ τὴν τῆς νηστείας καὶ νομηγίας εἰρωνείαν, καταγέλαστα καὶ ¹⁸ οὐδενὸς ἄξια λόγου, νομίζω σε ¹⁹ χρῆζειν παρ' ἐμοῦ μαθεῖν. Τό τε γὰρ τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κτισθέντων εἰς χρῆσιν ἀνθρώπων ἃ μὲν ὡς καλῶς κτισθέντα παραδέχασθαι, ἃ δ' ὡς ἄχρηστα καὶ περισσὰ παραιτεῖσθαι, πῶς ²⁰ θέμις ἐστι; Τὸ δὲ καταψεύδασθαι Θεοῦ, ὡς κωλύοντος ἐν τῇ τῶν σαββάτων ἡμέρᾳ καλόν τι ποιεῖν, πῶς οὐκ ἄσεβές; Τὸ δὲ καὶ τὴν μείωσιν τῆς σαρκὸς μαρτύριον ἐκλογῆς ἀλαζονεύεσθαι, ὡς διὰ τοῦτο ἐξαιρέτως ἡγαπημένους ὑπὸ Θεοῦ, πῶς οὐ χλεύης ἄξιον; Τὸ δὲ παρεδρεύοντας αὐτοὺς ἄστροις καὶ σελήνῃ ²¹ τὴν παρατήρησιν ²² τῶν μηνῶν καὶ τῶν ἡμερῶν ποιεῖσθαι, καὶ τὰς οἰκονομίας Θεοῦ καὶ τὰς τῶν καιρῶν ἀλλαγὰς ²³ καταδιαριεῖν πρὸς τὰς αὐτῶν ὁρμάς, ἃς μὲν εἰς ἔορτάς, ἃς δὲ εἰς πένθη, τίς ἂν θεοσεβείας καὶ οὐκ ἀφροσύνης πολὺ πλέον ἠγήσεται τὸ δεῖγμα; Τῆς μὲν οὖν κοινῆς εἰκασιότητος καὶ ἀπάτης καὶ τῆς Ἰουδαίων πολυπραγμοσύνης καὶ ἀλαζονείας ²⁴ ὅτι ὀρθῶς ἀπέχονται Χριστιανοί, ἀρκούντως σε νομίζω μεμαθηκέναι· τὸ δὲ τῆς ἰδίας αὐτῶν θεοσεβείας μυστήριον μὴ προσδοκῆσης δύνασθαι παρὰ ἀνθρώπου μαθεῖν.

V. Χριστιανοὶ γὰρ οὔτε γῆ οὔτε φωνῆ οὔτε ἔθεσι διακεκριμένοι τῶν λοιπῶν εἰσιν ἀνθρώπων. Οὔτε γὰρ που πόλεις ἰδίας κατοικοῦσιν, οὔτε διαλέκτῳ τινὶ παρηλλαγμένη χρῶνται, οὔτε βίον παράσημον ἀσκοῦσιν. Οὐ μὴν ἐπινοία τινὶ καὶ φροντίδι πολυπραγμόνων ἀνθρώπων ²⁵ μάθημα τοῦτ' αὐτοῖς· ἐστὶν εἰρημένον, οὐδὲ δόγματος ἀνθρωπίνου προεστᾶσιν, ὥσπερ ἔνιοι. Κατοικοῦντες δὲ πόλεις ἑλληνίδας τε καὶ βαρβάρους, ὡς ἕκαστος ἐκληρώθη, ²⁶ καὶ τοῖς ἐγγχωρίοις ἔθεσιν ἀκολουθοῦντες, ἐν τε ἐσθῆτι καὶ διαίτῃ καὶ τῷ λοιπῷ βίῳ, θαυμαστὴν καὶ ὁμολογουμένως παράδοξον ἐνδεικνύνται τὴν κατάστασιν τῆς ἑαυτῶν πολιτείας. Πατρίδας οἰκοῦσιν ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι· μετέχουσι πάντων ὡς πολῖται, καὶ πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι· πᾶσα ξένη πατρίς ἐστὶν αὐτῶν, καὶ πᾶσα πατρίς ξένη. Γαμοῦσιν ὡς πάντες· τεκνογο-

14. τῶν εἰς τὰ] τῶν * τὰ.

15. ἐνδεικνυμένων] ἐνδεικνυμένοις.

16. τὰ μὴ δυνάμενα] τῶν μὴ δυνάμενων.

17. μεταλαμβάνειν] μεταλαμβάνειν.

τὸ δὲ δοκεῖν τινα παρέχειν τῷ μηδενὸς προσθεομένῳ.

18. οὐδενός] οὐδέν.

honoribus eum ornare, nihil mihi videntur ab iis differre qui sensu carentibus eandem praestant munificentiam, quae non possunt honorem percipere.

IV. At vero eorum circa cibos timiditatem et circa sabbata superstitionem et circa circumcisionem iactantiam et circa ieiunium ac novilunium simulationem, quae ridicula sunt et nulla memorazione digna, arbitror te necesse habere a me discere. Etenim eorum quae a deo in usum hominum creata sunt alia quidem tamquam bene creata admittere, alia autem ut inutilia et supervacanea recusare, quomodo fas est? Porro de deo mentiri, vetare eum sabbati die boni aliquid facere, quomodo non impium est? Tum etiam de imminutione carnis tamquam electionis testimonio gloriari, quasi ob eam rem eximie dilecti sint a deo, quomodo non derisione dignum est? Denique eos, adsidentes stellis et lunae, observationem mensium et dierum instituere, et ordinationes dei ac temporum vicissitudines distribuere pro suo arbitrato, alias quidem ad festos dies, alias vero ad luctus, quis divini cultus et non dementiae multo magis existimabit argumentum? Communi igitur vanitate et errore atque Iudaeorum curiositate et iactantia recte abstinere Christianos, abunde te didicisse existimo: sed divini cultus iis proprii mysterium ne speres te posse ab homine ullo doceri.

V. Christiani enim neque regione neque sermone neque institutis distincti a reliquis sunt hominibus. Nam neque civitates proprias incolunt, neque sermone quodam insolito utuntur, neque vitam insignitam degunt. Neque vero cogitatione quadam et sollicitudine curiosorum hominum disciplina haec iis est nuntiata, neque dogmati humano patrocinantur, sicut nonnulli. Incolentes autem gentiles et iudaicas civitates, prout cuiusque sors tulit, et indigenarum instituta sequentes, in vestitu victuque ac reliquo vivendi genere, mirabilem et omnium consensu incredibilem proponunt statum suae vitae. Patrias habitant proprias, sed tamquam inquilini; omnia cum aliis communia habent tamquam cives, et omnia patiuntur tamquam peregrini; omnis peregrina regio patria est eorum, et omnis patria peregrina. Uxores ducunt ut omnes: liberos procreant, sed non abiiciunt recens natos;

19. *χορῆζεν*] *χορῆζεν*.

20. *θέμις*] *οὐ θέμις*.

21. *τὴν*] Omissum.

22. *τῶν μηνῶν καὶ τῶν μ * καὶ*.

23. *καταδιαρεῖν πρὸς*] *κατα * πρὸς*.

24. *ὅτι*] Omissum.

25. *μάθημα*] *μαθήματι*.

26. *καὶ*] *ἐν*.

νοῦσιν, ἀλλ' οὐ ῥίπτουσι τὰ γεννώμενά· τράπεζαν κοινήν παρατίθενται, ²⁷ ἀλλ' οὐ κοινήν. Ἐν σαρκὶ τυγχάνουσιν, ἀλλ' οὐ κατὰ σάρκα ζῶσιν· ἐπὶ γῆς διατρέβουσιν, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται· πείθονται τοῖς ὠρισμένοις νόμοις, καὶ τοῖς ἰδίοις βίοις νικῶσι τοὺς νόμους. Ἀγαπῶσι πάντας, καὶ ὑπὸ πάντων διώκονται. Ἀγνοοῦνται, καὶ κατακρίνονται· θανατοῦνται, καὶ ζωοποιοῦνται. Πτωχεύουσι, καὶ πλουτίζουσι πολλούς· πάντων ὑστεροῦνται, καὶ ἐν πᾶσι περισσεύουσιν. Ἀτιμοῦνται, καὶ ἐν ταῖς ἀτιμίαις δοξάζονται· βλασφημοῦνται, καὶ δικαιοῦνται. Λοιδороῦνται, καὶ εὐλογοῦσιν· ὑβρίζονται, καὶ τιμῶσιν. Ἀγαθοποιοῦντες ὡς κακοὶ κολάζονται· κολαζόμενοι χαίρουσιν ὡς ζωοποιούμενοι. Ὑπὸ Ἰουδαίων ὡς ἀλλόφυλοι πολεμοῦνται, καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων διώκονται· καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἔχθρας εἰπεῖν οἱ μισοῦντες οὐκ ἔχουσιν.

VI. Ἀπλῶς δ' εἰπεῖν· ὅπερ ἔστιν ἐν σώματι ψυχῇ, τοῦτ' εἰσὶν ἐν κόσμῳ Χριστιανοί. Ἐσπαρται κατὰ πάντων τῶν τοῦ σώματος ἰμελῶν ἢ ψυχῇ· καὶ Χριστιανοὶ κατὰ τὰς τοῦ κόσμου πόλεις. Οἰκεῖ μὲν ἐν τῷ σώματι ψυχῇ, οὐκ ἔστι δὲ ἐκ τοῦ σώματος· καὶ Χριστιανοὶ ἐν κόσμῳ οἰκοῦσιν, οὐκ εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ κόσμου. Ἄορατος ἢ ψυχῇ ἐν ὄρατῷ φρουρεῖται τῷ σώματι· καὶ Χριστιανοὶ γινώσκονται ²⁸ μὲν ὄντες ἐν τῷ κόσμῳ, ἀόρατος δὲ αὐτῶν ἢ θεοσέβεια μένει. Μισεῖ τὴν ψυχὴν ἢ σὰρξ καὶ πολεμεῖ μηδὲν ἀδικουμένη, διότι ταῖς ἡδοναῖς κωλύεται χρῆσθαι· μισεῖ καὶ Χριστιανούς ὁ κόσμος μηδὲν ἀδικούμενος, ὅτι ταῖς ἡδοναῖς ἀντιτάσσονται. Ἡ ψυχὴ τὴν μισοῦσαν ἀγαπᾷ σάρκα καὶ τὰ μέλη· καὶ Χριστιανοὶ τοὺς μισοῦντας ἀγαπῶσιν. Ἐγκέκλεισται μὲν ἢ ψυχῇ τῷ σώματι, συνέχει δὲ αὐτὴ τὸ σῶμα· καὶ Χριστιανοὶ κατέχονται μὲν ὡς ἐν φρουρᾷ τῷ κόσμῳ, αὐτοὶ δὲ συνέχουσι τὸν κόσμον. Ἀθάνατος ἢ ψυχῇ ἐν θνητῷ σκηνώματι κατοικεῖ· καὶ Χριστιανοὶ παροικοῦσιν ἐν φθαρτοῖς, τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀφθαρσίαν προσδεχόμενοι. Κακουργουμένη σιτίοις καὶ ποτοῖς ἢ ψυχῇ βελτιοῦται· καὶ Χριστιανοὶ κολαζόμενοι καθ' ἡμέραν πλεονάζουσι μᾶλλον. Εἰς τσσαύτην αὐτοὺς τάξιν ἔθετο ὁ θεός, ἣν οὐ θεμιτὸν αὐτοῖς παραιτήσασθαι.

VII. Οὐ γὰρ ἐπίγειον, ὡς ἔφην, εὖρημα τοῦτ' αὐτοῖς παρεδόθη, οὐδὲ θνητὴν ἐπίνοιαν φυλάσσειν οὕτως ἀξιοῦσιν ἐπιμελῶς, οὐδὲ ἀνθρωπίνων οἰκονομίαν μυστηρίων πιπίστευνται. Ἀλλ' αὐτὸς ²⁹ ἀληθῶς ὁ παντοκράτωρ καὶ παντοκτίστης καὶ ἀόρατος θεός, αὐτὸς ἀπ' οὐρανῶν τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸν λόγον τὸν ἅγιον καὶ ἀπερινόητον ἀνθρώποις ³⁰ ἐνίδρυσεν καὶ ἐγκατεστήριξε ταῖς καρδίαις αὐ-

27. ἀλλ' οὐ κοινήν] ἀλλ' * κοινήν.

28. μὲν ὄντες] μένοντες.

mensam communem appolunt, sed non pollutam. In carne sunt, sed non secundum carnem vivunt; in terra commorantur, sed in coelo civitatem suam habent; obsequuntur legibus constitutis, et suo vitae genere superant leges. Amant omnes, et omnes eos persequuntur. Ignorantur, et condemnantur; morte afficiuntur, et vivificantur. Pauperes sunt, et ditant multos; omnibus rebus indigent, et omnia iis redundant. Dedecorantur, et inter dedecora gloria afficiuntur; eorum fama laceratur, et probi habentur. Obiurgantur, et benedicunt; contumeliose tractantur, et honorem deferunt. Quum probum faciant, tamquam improbi puniuntur; dum puniuntur, gaudent tamquam vivificentur. Iudaei adversus eos tamquam alienigenas bellum gerunt, et Gentiles eos persequuntur: atque causam inimicitiarum dicere osores nequeunt.

VI. Ut autem simpliciter dicam: quod est in corpore anima, hoc sunt in mundo Christiani. Dispersa est per omnia corporis membra anima: et Christiani per mundi civitates [dispersi sunt]. Habitat quidem in corpore anima, sed non est e corpore: et Christiani in mundo habitant, sed non sunt e mundo. Invisibilis anima in visibili custoditur corpore: et Christiani animadvertuntur quidem in mundo commorantes, sed invisibilis est divinus eorum cultus. Odio et bello animam caro prosequitur nulla affecta iniuria, quia voluptatibus frui prohibetur: odio prosequitur et Christianos mundus nulla affectus iniuria, quia voluptatibus repugnant. Anima carnem amat, quae ipsam odit, et membra: et Christiani osores amant. Inclusa quidem est anima corpore, sed ipsa continet corpus: et Christiani detinentur quidem in mundo tamquam in custodia, sed ipsi continent mundum. Immortalis anima in mortali tabernaculo habitat: et Christiani tamquam inquilini incolunt corruptioni obnoxia, coelestem incorruptibilitatem exspectantes. Anima cibus et potionibus male tractata fit melior: et Christiani supplicio affecti quotidie magis crescunt. In tanta eos statione posuit deus, quam nefas est iis defugere.

VII. Non enim terrenum, ut dixi, inventum hoc iis traditum est, neque mortalem cogitationem tam accurate custodiendam sibi censent, neque humanorum mysteriorum oeconomia iis commissa est. Sed ipse vere omnium regnator et omnium conditor et invisibilis deus, ipse e coelis veritatem et logon sanctum et incomprehensibilem inter homines locavit et cordibus eorum infixit: non, quemadmodum aliquis con-

29. ἀληθῶς] Omissum.

30. εἰδούσε] εἰδούται.

τῶν· οὐ, καθάπερ ἂν τις εἰκάσειεν, ἀνθρώποις ὑπηρετήν τινὰ πέμψας ἢ ἄγγελον ἢ ἄρχοντα ἢ τινὰ τῶν διεπόντων τὰ ἐπίγεια ἢ τινὰ τῶν πεπιστευμένων τὰς ἐν οὐρανοῖς διοικήσεις, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τεχνίτην καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων, ᾧ τοὺς οὐρανοὺς ἐκτίσεν, ᾧ τὴν θάλασσαν ἰδίῳ ὄρει ἐπέκλεισεν, οὗ τὰ μυστήρια πιστῶς πάντα φυλάσσει τὰ στοιχεῖα, παρ' οὗ τὰ μέτρα τῶν τῆς ἡμέρας δρόμων εἴληφε φυλάσσειν ³¹ ὁ ἥλιος, ᾧ πειθαρχεῖ ³² ἡ σελήνη νυκτὶ φαίνειν κελεύοντι, ᾧ πειθαρχεῖ τὰ ἄστρα τῷ τῆς σελήνης ἀκολουθοῦντα δρόμῳ, ᾧ πάντα διατέτακται καὶ διώριστα καὶ ὑποτέτακται, οὐρανοὶ καὶ τὰ ἐν ³³ τοῖς οὐρανοῖς, γῆ καὶ τὰ ἐν τῇ γῆ, θάλασσα καὶ τὰ ἐν τῇ θαλάσῃ, πῦρ, ἀήρ, ἄβυσσος, τὰ ἐν ὑψέσι, τὰ ἐν βάθεσι, τὰ ἐν τῷ μεταξύ. Τοῦτον πρὸς αὐτοὺς ἀπέστειλεν. Ἄρα γε, ὡς ἀνθρώπων ἂν τις λογίσαιτο, ἐπὶ τυραννίδι καὶ φόβῳ καὶ καταπλήξει; ³⁴ Οὐ μὲν οὖν· ἀλλ' ἐν ἐπιεικείᾳ, πραΰτητι. Ὡς βασιλεὺς πέμπων υἱὸν βασιλέα ἐπέμψεν, ὡς θεὸν ἐπέμψεν, ὡς πρὸς ἀνθρώπους ἐπέμψεν, ὡς σώζων ἐπέμψεν, ὡς πείθων, οὐ βιαζόμενος· βία γὰρ οὐ πρόσεστι τῷ θεῷ. Ἐπέμψεν ὡς καλῶν, οὐ διώκων· ἐπέμψεν ὡς ἀγαπῶν, οὐ κρίνων. Πέμπει γὰρ αὐτὸν κρίνοντα· καὶ τίς αὐτοῦ τὴν παρουσίαν ³⁵ ὑποστήσεται; * [Οὐχ ὄραξ] παραβαλλομένους θηρίοις, ἵνα ἀρνήσωνται τὸν κίριον, καὶ μὴ νικωμένους; Οὐχ ὄραξ, ὅσῳ πλείονες ³⁶ κολάζονται, τοσοῦτω πλεονάζοντας ἄλλους; Ταῦτα ἀνθρώπου οὐ δοκεῖ τὰ ἔργα, ταῦτα δύναμις ἐστὶ θεοῦ· ταῦτα τῆς παρουσίας αὐτοῦ δείγματα.

VIII. Τίς γὰρ ὅλως ἀνθρώπων ἠπίστατο, τί ποτ' ³⁷ ἐστὶ θεός, πρὶν αὐτὸν ἔλθεῖν; ³⁸ Ἡ τοὺς κενούς καὶ ληρώδεις ἐκείνων λόγους ἀποδέχη τῶν ἀξιοπίστων φιλοσόφων, ὧν οἱ ³⁹ μὲν τινες πῦρ ἔφασαν εἶναι τὸν θεὸν (οὗ μέλλουσι χωρήσειν αὐτοί, τοῦτο καλοῦσι θεόν), οἱ δὲ ὕδωρ, οἱ δ' ἄλλο τι τῶν στοιχείων τῶν ἐκτισμένων ὑπὸ θεοῦ; Καίτοι γε, εἴ τις τούτων τῶν λόγων ⁴⁰ ἀπόδεκτός ἐστι, δύναται ἂν καὶ τῶν λοιπῶν κτισμάτων ἐν ἑκάστον ὁμοίως ἀποφαινεσθαι θεόν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τερατεία καὶ πλάνη τῶν γοήτων ἐστίν. Ἀνθρώπων δὲ οὐδεὶς οὔτε εἶδεν οὔτε ἐγνώρισεν· αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ἐπέδειξεν. Ἐπέδειξε δὲ διὰ πίστεως, ἢ μόνῃ θεὸν ἰδεῖν συγκεχώρηται. Ὁ γὰρ δεσπότης καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων θεός, ὁ ποιήσας τὰ πάντα καὶ κατὰ τάξιν διακρίνας, οὐ μόνον φιλάνθρωπος ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ μακρόθυμος. Ἀλλ' οὗτος ἦν μὲν αἰεὶ τοιοῦτος καὶ ἐστὶ καὶ ἔσται, χρηστὸς καὶ ἀγαθὸς καὶ ἀόρ-

31. ὁ ἥλιος] Omissum.

32. ἢ] Omissum.

33. τοῖς] Omissum.

34. Οὐ μὲν οὖν] οὐ μιν οὖν.

35. ὑποστήσεται κτλ.] ὑποστήσεται * παραβαλλομένους θηρίοις.

icere possit, hominibus ministrum aliquem mittens aut angelum aut principem aut aliquem eorum qui terrena gubernant aut aliquem eorum quibus cura rerum in coelis administrandarum commissa est, sed ipsum artificem et opificem omnium: quo coelos condidit, quo mare suis terminis inclusit, cuius mysteria fideliter omnia observant sidera: a quo mensuras diurnorum cursuum accepit observandas sol, cui obtemperat luna iubenti eam nocti lucere, cui obtemperant stellae cursum lunae sequentes: a quo omnia disposita et limitibus circumscripta et [hominibus] subiecta sunt, coeli et quae in coelis, terra et quae in terra, mare et quae in mari: ignis, aër, abyssus: quae in summo, quae in imo, quae in medio sunt. Hunc ad eos misit. An, ut hominum aliquis cogitare possit, tyrannidis exercendae et terroris incutiendi causa? Minime vero: sed in clementia, lenitate. Ut rex mittens filium regem [eum] misit, ut deum misit, ut ad homines misit, ut servans misit, ut persuadens, non violentiam adhibens; violentia enim non inest deo. Misit ut vocans, non persequens; misit ut amans, non iudicans. Mittet enim eum iudicantem: et quis eius adventum sustinebit? * [Nonne vides] obiectos feris, ut abnegent dominum, et non victos? Nonne vides, quanto plures supplicio afficiuntur, tanto crescere alios? Haec ab homine [aliquo] non videntur fieri, haec sunt dei potentia: haec adventus eius sunt argumenta.

VIII. Quis enim omnino hominum norat, qui tandem esset deus, priusquam ipse venerat? An vana et nugacia dicta approbas istorum fide [scilicet] dignorum philosophorum, quorum alii ignem dixerunt esse deum (ad quod profecturi sunt ipsi, id deum vocant), alii aquam, alii aliud ex elementis creatis a deo? Atqui, si quid horum dictorum approbatione dignum est, possit etiam reliquarum rerum creatarum una quaeque similiter se declarare deum. Verum haec sunt prodigiōsa mendacia et imposturae praestigiatorum. Hominum vero quisquam neque vidit [eum] neque notum fecit: sed ipse sese ostendit. Ostendit autem [se] per fidem, cui soli deum videre concessum est. Nam dominus et opifex omnium deus, qui omnia fecit et suo ordine disposuit, non solum hominum amans fuit, verum etiam patiens. Sed hic erat quidem semper talis et est et erit, benignus et bonus et irae expers et verax, et quidem solus bonus est; postquam autem mente

36. κολάζονται] κολάζοντες.

37. ἔστι] ἐστὶ.

38. Ἡ] ἦ.

39. μὲν τινες πῦρ] μὲν * πῦρ.

40. ἀπόδεκτός] ἀποδεκτός.

γῆτος καὶ ἀληθείας, καὶ μόνος ἀγαθός ἐστιν· ἐννοήσας δὲ μεγάλην καὶ ἀφραστον ἔννοιαν ⁴¹ ταύτην ἐκοινώσατο μόνῳ τῷ παιδί. Ἐν ὄσῳ μὲν οὖν κατεῖχεν ἐν μυστηρίῳ καὶ διετήρει τὴν σοφὴν αὐτοῦ βουλήν, ἀμελεῖν ἡμῶν καὶ ἀφροντιστεῖν ἐδόκει· ἐπεὶ δὲ ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ ἀγαπητοῦ παιδὸς καὶ ἐφάνερωσε τὰ ἐξ ἀρχῆς ἠτοιμασμένα, πάνθ' ἅμα παρέσχεν ἡμῖν, καὶ μετασχεῖν ⁴² τῶν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ καὶ ⁴³ ἰδεῖν καὶ ποιῆσαι. Τίς ἂν πώποτε προσεδόκησεν ἡμῶν; Πάντ' οὖν ἤδει παρ' ἑαυτῷ σὺν τῷ παιδί οἰκονομικῶς.

ΙΧ. Μέχρι μὲν οὖν τοῦ πρόσθεν χρόνου εἶασεν ἡμᾶς ὡς ἐβουλόμεθα ἀτάκτοις φοραῖς φέρεσθαι, ἡδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις ⁴⁴ ἀπαγομένους, οὐ πάντως ἐφηδόμενος τοῖς ἁμαρτήμασιν ἡμῶν, ἀλλ' ἀνεχόμενος, οὐδὲ τῷ τότε τῆς ἀδικίας καιρῷ συνευδοκῶν, ἀλλὰ τὸν ⁴⁵ νῦν τῆς δικαιοσύνης δημιουργῶν, ἵνα ἐν τῷ τότε χρόνῳ ἐλεγχθέντες ἐκ τῶν ἰδίων ἔργων ἀνάξιοι ζωῆς νῦν ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χρηστότητος ἀξιωθῶμεν, καὶ τὸ καθ' ἑαυτοὺς φανερώσαντες ἀδύνατον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ δυνατοὶ γενηθῶμεν. Ἐπεὶ δὲ πεπλήρωτο μὲν ἡ ἡμετέρα ἀδικία, καὶ τελείως πεφανέρωτο ὅτι ὁ ⁴⁶ μισθὸς αὐτῆς κόλασις καὶ θάνατος προσεδοκᾶτο, ἦλθε δὲ ὁ καιρὸς, ὃν Θεὸς προέθετο λοιπὸν φανερώσαι τὴν ἑαυτοῦ χρηστότητα καὶ δύναμιν, ⁴⁷ ὡς τῆς ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας μία ⁴⁸ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐμίσησεν ἡμᾶς οὐδὲ ἀπώσατο οὐδὲ ἐμνησικακήσεν, ⁴⁹ ἀλλὰ ἐμακροθύμησεν, αὐτὸς τὸν ἴδιον υἱὸν ἀπέδοτο λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν, τὸν ἅγιον ὑπὲρ ⁵⁰ τῶν ἀνόμων, τὸν ἄκακον ὑπὲρ τῶν κακῶν, τὸν δίκαιον ὑπὲρ τῶν ἀδίκων, τὸν ἀφθαρτον ὑπὲρ τῶν φθαρτῶν, τὸν ἀθάνατον ὑπὲρ τῶν θνητῶν. Τί γὰρ ἄλλο τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἠδυνήθη καλύψαι ἢ ἐκείνου δικαιοσύνη; Ἐν τίνι δικαιώθῃναι δυνατὸν τοὺς ἀνόμους ἡμᾶς καὶ ἀσεβεῖς ἢ ἐν μόνῳ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ; Ὡς τῆς γλυκείας ἀνταλλαγῆς, ὡς τῆς ἀνεξιχνίαστου δημιουργίας, ὡς τῶν ἀπροσδοκῆτων εὐεργεσιῶν· ἵνα ἀνομία μὲν πολλῶν ἐν δικαίῳ ἐνὶ κρυβῆ, δικαιοσύνη δὲ ἐνὸς πολλοὺς ἀνόμους δικαιώσῃ. Ἐλέγξας οὖν ἐν μὲν τῷ πρόσθεν χρόνῳ τὸ ἀδύνατον τῆς ἡμετέρας φύσεως εἰς τὸ τυχεῖν ζωῆς, νῦν δὲ τὸν σωτῆρα δείξας δυνατὸν σώζειν καὶ τὰ ἀδύνατα, ἐξ ἀμφοτέρων ἐβουλήθη πιστεύειν ἡμᾶς τῇ χρηστότητι αὐτοῦ, αὐτὸν ἠγεῖσθαι τροφέα, πατέρα, διδάσκαλον, σύμβουλον, ἰατρόν, νοῦν, φῶς, τιμὴν, δόξαν, ἰσχύν, ζωὴν, περὶ ἐνδύσεως καὶ τροφῆς μὴ μεριμνᾶν.

41. ταύτην] ἦν.

42. τῶν] Omissum.

43. ἰδεῖν καὶ ποιῆσαι. Τίς] ἰδεῖν * ἦσαι * τίς.

44. ἀπαγομένους] ἀγομένους.

45. νῦν] νοῦν.

46. μισθὸς αὐτῆς κόλασις] μισθὸς * κόλασις.

concepit aliquid magnum et ineffabile, id communicavit cum solo filio. Quamdiu igitur in occulto retinebat et custodiebat sapiens suum consilium, negligere nos et non curare videbatur; postquam vero revelavit per dilectum filium et patefecit quae inde ab initio parata erant, omnia simul praebuit nobis: et frui beneficiis suis et [ipsum] videre atque [voluntati divinae convenienter] agere. Quis nostrum [haec] unquam exspectasset? Omnia igitur apud se sciebat unam cum filio iuxta oeconomiam.

IX. Usque igitur ad superius tempus sivit nos secundum arbitrium nostrum inordinatis motibus ferri, voluptatibus et cupiditatibus a recta via abductos: non quod ullo modo gauderet peccatis nostris, sed [ea] tolerans, neque quod prius iniustitiae tempus approbaret, sed praesens iustitiae tempus creans: ut, postquam illo tempore convicti essemus e propriis operibus indigni esse vita, nunc dei benignitas nos ea dignaretur, et, postquam manifestum fecissemus nos ex eo quod in nobis est non posse ingredi in regnum dei, potentiam dei id posse nobis daretur. Quum autem completa esset nostra iniustitia, et plene manifestum factum esset mercedem eius supplicium et mortem exspectari, advenissetque tempus, quod deus praestituerat ad suam deinceps benignitatem ac potentiam declarandam, quum ob immensam erga homines benevolentiam unicus sit amor dei, nos odio non habuit neque reiecit neque improbitatis nostrae memorem se ostendit, sed patiens fuit, ipse proprium filium dedit pretium redemptionis pro nobis, sanctum pro impiis, mali expertem pro malis, iustum pro iniustis, incorruptibilem pro corruptibilibus, immortalem pro mortalibus. Quid enim aliud peccata nostra potuit tegere quam illius iustitia? In quo iniqui nos et impii iustificari potuimus quam in solo filio dei? O dulcem permutationem, o impervestigabile artificium, o inexpectata beneficia: ut iniquitas quidem multorum in iusto uno abscondatur, iustitia autem unius multos impios iustificet! Quum igitur superiori tempore nos convicisset non posse nostram indolem consequi vitam, nunc autem servatorem ostendisset qui servare potest ea etiam quae servari non poterant, utraque re voluit nos benignitati suae fidem habere, ipsum existimare altorem, patrem, magistrum, consiliarium, medicum, mentem, lucem, honorem, gloriam, robur, vitam, de vestitu et victu sollicitos non esse.

47. ὡς τῆς ὑπερβαλλούσης] ὡς * ὑπερβαλλούσης.

48. ἀγάπη τοῦ θεοῦ, οὐκ] ἀγάπη * οὐκ.

49. ἀλλὰ ἐμακροθύμησεν, αὐτὸς] ἀλλὰ

ἐμακροθύμησεν, ἠνέσχετο, λέγων αὐτὸς, τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἀνεδέξατο, αὐτὸς.

* 50. τῶν] Omissum.

Χ. Ταύτην καὶ σὺ τὴν πίστιν ἔαν ⁵¹ ποθήσης, καὶ λάβης πρῶτον μὲν ἐπίγνωσιν ⁵² πατρὸς. Ὁ γὰρ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους ἠγάπησε, δι' οὓς ἐποίησε τὸν κόσμον, οἷς ὑπέταξε πάντα τὰ ⁵³ ἐν τῇ γῆ, οἷς λόγον ἔδωκεν οἷς νοῦν, οἷς μόνοις ⁵⁴ ἄνω πρὸς αὐτὸν ὄραν ἐπέτρεψεν, οὓς ἐκ τῆς ἰδίας εἰκόνας ἔπλασε, πρὸς οὓς ἀπέστειλε τὸν υἱὸν ⁵⁵ αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, οἷς τὴν ἐν οὐρανῷ βασιλείαν ἐπήγγειλατο, καὶ δώσει τοῖς ἀγαπήσασιν αὐτόν. Ἐπιγνοὺς δὲ τίνος οἶει πληρωθήσεσθαι χαρᾶς; Ἡ πῶς ἀγαπήσεις τὸν οὕτως προαγαπήσαντά σε; Ἀγαπήσας δὲ μιμητῆς ἔσῃ αὐτοῦ τῆς χρηστότητος. Καὶ μὴ θαυμάσης εἰ δύναται μιμητῆς ἄνθρωπος γενέσθαι Θεοῦ. Δύναται θέλοντος αὐτοῦ. Οὐ γὰρ τὸ καταδυναστεύειν τῶν πλησίον, οὐδὲ τὸ πλεόν ἔχειν βούλεσθαι τῶν ἀσθενεστέρων, οὐδὲ τὸ πλουτεῖν καὶ βιάζεσθαι τοὺς ὑποδεεστέρους, εὐδαιμονεῖν ἐστίν, οὐδὲ ἐν τούτοις δύναται τις μιμήσασθαι Θεόν· ἀλλὰ ταῦτα ἐκτὸς τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος. Ἄλλ' ὅστις τὸ τοῦ πλησίον ἀναδέχεται βᾶρος, ὅς, ἐν ᾧ κρείσσων ἐστίν, ἕτερον τὸν ἐλαττούμενον εὐεργετεῖν ἐθέλει, ⁵⁶ ὅς, ἂ παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβὼν ἔχει ταῦτα τοῖς ἐπιδεδομένοις χορηγῶν, Θεὸς γίνεται τῶν λαμβανόντων, οὗτος μιμητῆς ἐστὶ Θεοῦ. Τότε θεάσῃ τυγχάνων ἐπὶ γῆς ὅτι Θεὸς ἐν οὐρανοῖς πολιτεύεται, τότε μυστήρια Θεοῦ λαλεῖν ἄρξῃ, τότε τοὺς κολαζομένους ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν ἀρνήσασθαι Θεὸν καὶ ἀγαπήσεις καὶ θαυμάσεις, τότε τῆς ἀπάτης τοῦ κόσμου καὶ τῆς πλάνης καταγνώση, ὅταν τὸ ἀληθῶς ἐν οὐρανῷ ζῆν ἐπίγνωση, ὅταν τοῦ δοκοῦντος ἐνθάδε θανάτου καταφρονήσης, ὅταν τὸν ὄντως θάνατον φοβηθῆς, ὅς φυλάσσεται τοῖς κατακριθησομένοις εἰς ⁵⁷ τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, ὃ τοὺς παραδοθέντας αὐτῷ μέχρι τέλους κολάσει· τότε τοὺς ὑπομένοντας ὑπὲρ δικαιοσύνης θαυμάσεις τὸ πῦρ ⁵⁸ τὸ πρόσκαιρον, καὶ μακαρίσεις, ὅταν ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐπιγνώσῃ.

[XI. Οὐ ξένα ὁμιλῶ οὐδὲ παραλόγως ζητῶ, ἀλλὰ ἀποστόλων γενόμενος μαθητῆς γίνομαι διδάσκαλος ἐθνῶν· τὰ παραδοθέντα ἀξίοις ὑπηρετῶ γινομένοις ἀληθείας μαθηταῖς. Τίς γὰρ ὀρθῶς διδαχθεὶς καὶ λόγῳ ⁵⁹ προσφιλεῖ γεννηθεὶς οὐκ ἐπιζητεῖ σαφῶς μαθεῖν τὰ διὰ λόγου δειχθέντα φανερώς μαθηταῖς, οἷς ἐφανέρωσεν ὁ λόγος φανείς, παρῶρσια λαλῶν, ὑπὸ ἀπίστων μὴ νοούμενος, μαθηταῖς δὲ διηγούμενος, οἷ, πιστοὶ λογισθέντες ὑπ' αὐτοῦ, ἔγνωσαν πατρὸς μυστήρια; Οὐ χάριν ἀπέστειλε λόγον, ἵνα κόσμῳ φανῇ· ὅς, ὑπὸ λαοῦ ἀτιμασθεὶς, διὰ ἀποστόλων κη-

51. ποθήσης] ποθήσ.
52. πατρὸς. Ὁ] π * ὁ.

53. ἐν τῇ γῆ, οἷς] ἐν * οἷς.
54. ἄνω] Omissum.

X. Hanc si tu quoque expetiveris fidem, etiam adipisceris primum quidem cognitionem patris. Deus enim homines dilexit, propter quos fecit mundum, quibus subiecit omnia quae in terra sunt, quibus rationem dedit quibus mentem, quibus solis sursum ad ipsum spectare permisit, quos ad suam imaginem formavit, ad quos misit filium suum unigenitum, quibus coeleste regnum promisit, et dabit iis qui ipsum dilexerunt. Postquam autem [illum] cognoveris, quanta existimas te impletum iri laetitia? Aut quantum diliges eum qui prior te ita dilexit? Quum autem coeperis diligere, imitator eris eius benignitatis. Ac ne mireris posse hominem esse imitatore[m] dei. Potest eo volente. Non enim imperium in proximos exercere, neque velle potiori conditione esse quam infirmiores, neque divitem esse et vim inferre inferioribus, est beatum esse, neque in his potest quisquam imitari deum: sed haec sunt extra illius maiestatem. At quicumque proximi onus in se suscipit, qui, qua in re superior est, alium inferiorem beneficio afficere vult, qui, quae a deo accepta habet ea indigentibus suppeditans, deus fit eorum qui accipiunt: is dei est imitator. Tunc perspicias in terra degens deum in coelis regnare, tunc mysteria dei loqui incipies, tunc eos qui puniuntur quod abnegare deum nolint et diliges et miraberis, tum imposturam mundi et errorem damnabis, quum vere in coelo vivere didiceris, quum eam quae hic mors esse censetur contemseris, quum veram mortem formidaveris, quae servatur iis qui damnabuntur ad ignem aeternum, qui sibi traditos usque ad finem supplicio afficiet; tunc miraberis qui pro iustitia patiuntur ignem temporarium, et beatos praedicabis, quum illum ignem cognoveris.

[XI. Non peregrina loquor neque ineptas quaestiones instituo, sed apostolorum factus discipulus fio doctor gentium: quae [mihi] tradita sunt iis subministro qui discipuli fiunt digni veritate. Quis enim recte edoctus et logo adamato genitus non studet accurate discere quae per logon ostensa sunt manifesto discipulis, quibus [ea] manifestavit logos conspicuus factus, libere loquens, ab incredulis non intellectus, discipulis autem enarrans, qui, fideles ab eo existimati, cognoverunt patris mysteria? Cuius rei gratia misit logon, ut mundo appareret:

55. αὐτοῦ] αὐτοῦ.

56. ὅς, αἰ] ὅσα.

57. τὸ] Omissum.

58. τὸ πρόσκαιρον, καὶ μακαρίσεις]
το * μακαρίσεις.

59. προσφιλεῖ] προσφιλ * ει.

ρουχθείς, ὑπὸ ἐθνῶν ἐπιστεύθη. Οὗτος ὁ ἀπ' ἀρχῆς, ὁ καινὸς φανείς, ⁶⁰καὶ παλαιὸς εὐρεθείς, καὶ πάντοτε νέος ἐν ἀγίων καρδίαις γεννώμενος. Οὗτος ὁ αἰεὶ, σήμερον υἱὸς λογισθείς· δι' οὗ πλουτίζεται ἡ ἐκκλησία, καὶ χάρις ἀπλουμένη ἐν ἀγίοις πληθύνεται, παρέχουσα νοῦν, φανεροῦσα μυστήρια, διαγγέλλουσα καιροὺς, χαίρουσα ἐπὶ πιστοῖς, ἐπιζητοῦσι δωρομένη, οἷς ὅρια πίστεως οὐ θραύεται οὐδὲ ὅρια πατέρων παρορίζεται. Εἶτα φόβος νόμου ἄδεται, καὶ προφητῶν χάρις γινώσκειται, καὶ εὐαγγελίων πίστις ἴδρυται, καὶ ἀποστόλων παράδοσις φυλάσσεται, καὶ ἐκκλησίας χάρις σκιρτᾷ. Ἦν χάριν μὴ λυπῶν ἐπιγνώσῃ ἢ λόγος ὀμιλεῖ, δι' ὧν βούλεται, ὅτε θέλει. Ὅσα γὰρ θελήματι τοῦ κελεύοντος λόγου ἐκινήθημεν ἐξείπειν μετὰ πόνου, ἐξ ἀγάπης τῶν ἀποκαλυφθέντων ἡμῖν γινόμεθα ὑμῖν κοινωνοί.

XII. Οἷς ἐντυχόντες καὶ ἀκούσαντες μετὰ σπουδῆς εἴσεσθε ὅσα παρέχει ὁ θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν ὀρθῶς, οἱ γενόμενοι παραδείσος τρυφῆς, πάγκαρπον ξύλον, εὐθαλοῦν, ἀνατείλαντες ἐν ἑαυτοῖς, ποικίλοις καρποῖς κεκοσμημένοι. Ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χωρίῳ ξύλον γνώσεως καὶ ξύλον ζωῆς πεφύτευται· ἀλλ' οὐ τὸ τῆς γνώσεως ἀναιρεῖ, ἀλλ' ἡ παρακοὴ ἀναιρεῖ. Οὐδὲ γὰρ ἄσημα τὰ γεγραμμένα, ὡς θεὸς ἀπ' ἀρχῆς ξύλον ζωῆς ἐν μέσῳ παραδείσου ἐφύτευσε, διὰ γνώσεως ζωῆν ἐπιδεικνύς· ἢ μὴ καθαρῶς χρησάμενοι οἱ ἀπ' ἀρχῆς πλάνη τοῦ ὄψεως γεγύμνωται. Οὐδὲ γὰρ ζωὴ ἄνευ γνώσεως, οὐδὲ γνώσις ἀσφαλῆς ἄνευ ζωῆς ἀληθοῦς. Διὸ πλησίον ἐκάτερον πεφύτευται. Ἦν δύναμιν ἐνιδῶν ὁ ἀπόστολος, τὴν τε ἄνευ ἀληθείας προστάγματος εἰς ζωὴν ἀσκουμένην γνώσιν μεμψόμενος, λέγει· Ἡ γνώσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ. Ὁ γὰρ νομίζων εἰδέναι τι ἄνευ γνώσεως ἀληθοῦς, καὶ μαρτυρουμένης ὑπὸ τῆς ζωῆς, οὐκ ἔγνω, ὑπὸ τοῦ ὄψεως πλανᾶται, ⁶¹μὴ ἀγαπήσας τὸ ζῆν· ὁ δὲ μετὰ φόβου ἐπιγνοῦς, καὶ ζωὴν ἐπιζητῶν, ἐπ' ἐλπίδι φρυτεύει, καρπὸν προσδοκῶν. Ἦτω σοι καρδία γνώσις, ζωὴ δὲ λόγος ἀληθείας, χωρούμενος. Οὗ ξύλον φέρων καὶ ⁶²καρπὸν αἰρῶν τρυγήσεις αἰεὶ τὰ παρὰ θεῶ ποθούμενα, ὧν ὄφρις οὐχ ἄπτεται οὐδὲ πλάνη συγχρωτίζεται· οὐδὲ εὐὰ φθείρεται, ἀλλὰ παρθένος πιστεύεται· καὶ σωτήριον δείκνυται, καὶ ἀπόστολοι συνετίζονται, καὶ τὸ κυρίου πάσχα προέρχεται, καὶ κηροὶ συνάγονται καὶ μετὰ κόσμον ⁶³ἀρμόζονται, καὶ διδάσκων ἀγίους ὁ λόγος εὐφραίνεται, δι' οὗ πατὴρ δοξάζεται· ᾧ ἢ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.]


60. καὶ παλαιὸς εὐρεθείς] καὶ * εὐρεθείς.

qui, a populo contemptus, per apostolos praedicatus, a gentibus creditus est. Hic ab initio fuit, novus apparuit, et vetus inventus est, et semper recens in sanctorum cordibus gignitur. Hic semper fuit, hodie filius habitus est; per quem datur ecclesia, et gratia expansa in sanctis amplificatur, praebens mentem, manifestans mysteria, adnuntians tempora, gaudens super fidelibus, quaerentibus donans, quibus limites fidei non perfringuntur neque limites patrum transiliuntur. Deinde metus legis decantatur, et prophetarum gratia cognoscitur, et evangeliorum fides stabilitur, et apostolorum traditio custoditur, et ecclesiae gratia exsultat. Quam gratiam non contristans ea cognosces quae logos loquitur, per quos vult, quando ei lubet. Quaecunque enim voluntate iubentis logi excitati sumus ad eloquendum cum studio, ex dilectione eorum quae revelata nobis sunt vobiscum communicamus.

XII. Quae quum legeritis et audieritis studiose, scietis quaecunque praebet deus [ipsum] diligentibus recte, facti paradisi deliciarum, utpote qui fructuosam arborem, belle germantem, produxeritis in vobis ipsis, variis fructibus ornati. In hoc enim loco arbor cognitionis et arbor vitae plantata fuit; verum non arbor cognitionis interimit, sed inobedientia interimit. Neque enim sunt obscura quae scripta sunt, deum ab initio arborem vitae in medio paradisi plantasse, per cognitionem vitam ostendentem; qua quum pure usi non essent qui ab initio fuerunt impostura serpentis nudati fuerunt. Neque enim vita sine cognitione, neque cognitio tuta sine vita vera. Ideo in propinquo utraque plantata fuit. Quam vim quum perspexisset apostolus, cognitionem quae sine veritate mandati in vitam exercetur reprehendens, dicit: *Cognitio inflat, dilectio autem aedificat.* Qui enim putat se scire aliquid sine cognitione vera, et testimonio vitae comprobata, non cognitum habet, a serpente decipitur, quia vitam non dilexit; at qui cum timore cognitionem adeptus est, et vitam quaerit, in spe plantat, fructum exspectans. Esto tibi cor cognitio, vita autem sermo verus, qui recipitur. Cuius arborem ferens et fructum adipiscens metes semper quae apud deum desiderantur, quae serpens non attrahat neque impostura attingit; [tunc] neque Eva corrumpitur, sed virgo creditur: et salus ostenditur, et apostoli intelligentia instruuntur; et domini pascha progreditur, et cerei colliguntur ac decenter ordinantur, et logos docens sanctos laetatur, per quem pater glorificatur: cui gloria in saecula. Amen.]


61. μή ἀγαπήσας] μ * ἀγαπήσας.
62. καρπὸν αἰρῶν] καρπὸν * ρῶν.

63. ἀρμόζονται] ἀρμόζεται.



ADNOTATIONES.





I. ADNOTATIONES CRITICAE.

Inscriptionem Epistolae sic dedi ut est in codice Argentoratensi. Vide Prolegomena §. 1. Editi verbis πρὸς Διόγνητον praemittunt ἐπιστολή.

Caput I. Vetus codex mstus Henr. Stephani et apographon Beureri ante participium ὑπερεσπουδακότα particulam ὡς habent: quam ut prorsus inutilem Stephanus expunxit; neque in cod. Argent. invenitur. — Dubitat Stephanus an non auctor pro αὐτόν τε κόσμον scripserit αὐτόν τε τὸν κόσμον. Non muto codicum mstorum lectionem, retineri quum possit ideoque debeat. — Cod. Argent. non τίνα τὴν φιλοστ. sed τίνα τὴν φιλοστ. habet. In causa erroris est similis syllaba antecedens (τίνα) aut itacismus. — Codd. msti et editi: ἐμοὶ μὲν εἰπεῖν οὕτως ὡς μάλιστα ἂν ἀκοῦσαι σε βελτίω γενέσθαι. H. e. (Maran.): „mihi quidem ut audiam in primis meliorem te esse factum.“ Verba autem corrupta esse nemo non videt. Itaque iam Stephanus et Boehlius ἀκούσαντα pro ἀκοῦσαι legi iusserunt. Eadem lectionem, cuius in translationibus quoque Epistolae germanicis ratio habetur, probavit W. A. van Hengel. Qui: „Obstat“, inquit, „infinitivo triplex argumentum. Participium nempe ἀκούσαντα requiritur, ut participio participium oppositum sit, aequae atque infinitivo infinitivus; ut derivata ab ἀκούω ad eundem Diognetum referri possint, quemadmodum derivata ab εἶπω eundem scriptorem spectant; ut denique sicut hoc utroque Epistolae scriptio, illo utroque Epistolae lectio significetur.“ Sed, ut equidem opinor, ex ἀκούσαντα non poterat a librariis ἀκοῦσαι effici. Quid igitur? Tota res expediatur, si certissima emendatione, mutatione paene nulla, pro ἂν particula, quae etiam a sequenti commatio abest, articulum τὸν reponamus et pro ἀκοῦσαι σε legamus ἀκούσαντα. Hoc modo verba τὸν ἀκούσαντα et τὸν εἰπόντα sibi invicem respondent, ut parallelismus membrorum perfectus sit omnibus partibus. — Pro σοί τε omnes editores, Stephani parentes auctoritati, propter praecedens ἐμοὶ μὲν existimarunt legendum esse σοὶ δέ, idque Hefeleus (edit. 2) textui obtrudit. Etsi non mala, tamen minime necessaria emendatio: saepenumero enim apud classicos quoque scriptores μὲν particulam excipit τε coniunctiva. Est scilicet legitima dictionis anacoluthia, de qua Handium in Dissert. II *De particula τε* p. 15 s. et Klotzium ad *Devar. De partt. gr.* Vol. II. p. 659 s. consulas. Exemplum habes in *Epist. ad Zen. et Seren.* c. 3: *Λογιζέσθω μὲν γὰρ ὁ καλῶς ἀποφαινόμενος . . . ὃ τε ἀδικῶν κτλ.* *De resurr.* c. 6: *ἐν μὲν . . . καὶ τὸ* —. Pro τὸν ante εἰπόντα Boehlius mendose τῶν dedit.

Caput II. Boehlio placuit edere Ἄγε δέ pro Ἄγε δή. Idem cum editoribus prioribus καθάρως (c. iota subscr.) praebet. Aoristus ἐκάθηρα

inferiori aetate transiit in *ἐκάθῳρα* (infin. *καθῳραι*). Lobeck ad *Phryn.* p. 25. — Pro hellenistico imp. aor. ἴδε (codd. msti) Boehl., Hefel. (editt. 1. 2), Grenfell. perperam atticum ἴδ' εἰ scripserunt. Winer *Gramm. d. neutest. Sprachidioms* ed. 4. p. 49. — Sylburgius coniecit pro *ἐρεῖτε* legi posse *αἰρεῖτε*. Sed infra *καλεῖτε* clare respondet. Vid. Adnott. exegeticas. Iam Stephanus: „Miretur quis *ἐρεῖτε* in praesentis significatione et suspectum habeat; ut autem ipse non valde mirer, faciunt quae in Thesauro de themate *ἐρέω* dixi.“ Etenim praesentis instar utuntur recentiores. Exempla suppeditant quoque Sylburgius in Indice ad *Clementem* s. v. (coll. ad Clem. p. 314, 51) et Lud. Dindorfius in *Steph. Thes. gr. ling.*, ed. Hase, Vol. III. p. 283. — Hefeus (edd. 2. 3) inconcinne sic distinxit: *Οὐχ ὁ μὲν τις . . . πατουμένω; Ὁ δ' ἐστὶ . . . εὐπρεπέστερον. Οὐ φθαρτῆς κτλ.* Boehlius inepte: *ὁ δέ, ἐστὶ χαλκός.* Fortasse pro *ὁ δ'* *ἐστὶ* levissima mutatione, quum *ὁ μὲν τις* praecedat, scripseris *ὁ δέ τις*. Non muto. Nam etiam c. 8 sibi respondent *οἱ μὲν τινες* et *οἱ δέ*. Pariter ap. Iustin. *Dial. c. Tr. c. 35.* p. 116. D. et ap. Tatian. *Orat. ad Gr. c. 12 (Corp. Apoll. Vol. VI)* p. 56. D; comp. ibid. not. 8. Pronomen *πλεονάζει* in ista formula, quae etiam apud veteres Graecos invenitur: Xenoph. *Cyrop.* II. c. 3. §. 19 et *Conviv.* II. c. 6. Cf. Krüger ad *Anab.* II. c. 3. §. 15. Pro *χορίζων* editi *χορίζων*, sine iota subscr. Recte *φυλάξαντος* reposuerunt Boehl., Hefel., Grenfell. Est enim in codd. mstis. Caeteri vero, Stephanum secuti, temere substituerunt *φυλάξοντος*. Infra scriptor dicit: *φύλακας παρακαθίσαντες, ἵνα μὴ κλαπιῶσιν.* Cf. Winerum l. c. p. 253 s. — In commatio *Οὐχ ὁ μὲν αὐτῶν λιθοξόος, ὁ δέ κτλ.* Olshausen. et Hefel. (edd. 2. 3) falso *ὁ μὲν* ac dein *ὁ δέ* (ter pro *ὁ δέ*) dederunt. Apud recentiores scriptores non est quod in formula ista haereamus. C. 4: *ἃ μὲν . . . ἃ δ'*. Ibidem: *ἄς μὲν . . . ἄς δέ.* *Apol. I. c. 24:* *παρ' οἷς μὲν . . . παρ' οἷς δέ.* *De resurr. c. 3.* Pariter saepe in Novo Testamento: cf. Bruderer *Concord. omnium vocc. N. T.* (Lips. 1842) s. v. *μὲν*. — Voculam *ἢ* post *πρὶν* Boehlius sine ulla ratione expunxit; idem pro *μορφῆν τούτων* exhibuit *μορφῆν ταύτην*. Tum codices msti et editi *ἕκαστος* offerunt: sed Boehlius et Hefeus, quocum Grenfell. facit, ante me textui inseruerunt *ἕκαστον*. Reposuit Hoffmannus illam codicum lectionem, quam inepte defendere studet nota loquendi formula *οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη*. Stephanus totum locum censuit interpolandum sic: *Καὶ οὐ, πρὶν ἢ ταῖς τέχναις τούτων εἰς τὴν μορφῆν τούτων ἐκτυπωθῆναι, ἢ ἕκαστον αὐτῶν ἕκαστῳ εἴδει, ὡς καὶ νῦν, μεμορφωμένον;* H. e. „Ac minime illorum (metallorum) unicuique unaquaeque forma, sicut et nunc, erat“? Probe Maranus: „Prorsus inutile videtur tot voces addere et immutare, ubi unius literae emendatio, legendo *ἕκαστον*, commodam affert sententiam.“ — Pro *ὁμοια τοιούτοις* Stephanus censet *ὁμοια τούτοις* legendum esse. Cf. *Dial. c. Tr. c. 48.* not. 5. Sed illam codicum lectionem retinere nihil vetat. In fine capitis: *τοιούτοις θεοῖς*. — Cod. Argent. pro *ὑφ' ὑμῶν* vitiose *ὑφ' ἡμῶν*. — Pro *τέλεον δ' αὐτοῖς ἕξομοιοῦσθε* Stephanus ex cod. msto suo dedit *τέλεον τε * ἕξομοιοῦσθε*. Item caeteri editores. Putavit ille pronomen *αὐτοῖς* hanc lacunulam apte completurum esse. Assentitur apographon Beureri, quod insuper *δ' (pro τε)* habet, sed alia manu. In cod. Argent. *τέλεον δ' αὐτοῖς* legitur, ita quidem, ut verba *δ' αὐτοῖς*, licet alia manu sint renovata, pri-

mitivam tamen lectionem contineant. Itaque in textum posui: meumque exemplum Hefeleus (ed. 3) secutus est. Sylburgius maluit *τούτοις*, ut idem in omnibus membris sit pronomen. Sed noli hac ratione immutare. Aequae coniecturis Boehlii supersedemus. Is enim, *ἔξομοιοῦσθαι* (*Apol.* I. c. 6) activa significatione accipiens, opinatur lacunam aut verbis *τῶ τῶν ὄλων θεῶ* explendam esse: „omninoque (illa) deo aequatis,“ h. e. quocumque modo divinum ipsis cultum exhibetis, aut reponendum *τέλεόν τε τούτοις τὸ θεῖον ἔξομοιοῦσθε*: „omninoque divinum numen his simile redditis,“ h. e. his rebus repraesentatis seu potius repraesentari putatis, ut respiciantur hic verba *Act. apost.* XVII. 29: *νομίζειν, χρυσῶ . . . τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον*. Olshausenius post *δουλεύετε* (cum Marano) et post *ἔξομοιοῦσθε* signum interrogandi perverse posuit: itidem post verba, quae sequuntur, *Διὰ τοῦτο . . . ἠγοῦνται θεούς*. — In membro *οἱ νῦν νομίζοντες καὶ οἰόμενοι* Stephanus pro *νῦν* legendum *εἶναι* proposuit. Sed ipse coniecturam probe reprobavit. — Pro *ἀφυλάκτως* idem edidit *ἀφυλάκτους, custodibus carentes*, eamque lectionem omnes editores retinuerunt. Sed vereor ne vir doctus in culpa sit, non codex mstus quo usus est. Certe scripturam a me receptam, eamque haud contemnendam, praebet apographon Beur. eademque codex Argent. indicat. Improbavit Kimmelius in *Theol. Literaturbl. z. Allg. Kirchenzeitung* 1844. N. 93. p. 780: Hefeleus vero (ed. 3) recepit. — *Ἀργυρούς*: codd. msti et editi *ἀργυρέους*. Inconcinne; nam sequitur *χρυσούς*. — Pro *κνίσαις* noli *κνίσσαις* scribere. C. 3: *δι' αἵματος καὶ κνίσης*. Illa forma bene se habet, ut testatur Draco ed. Herm. p. 21, 4. — Mox editores inepte (interrogat. c. imperat.): *ταῦθ' ὑμῶν τις ὑπομεινάτω; ταῦτα ἀνασχέσθω τις ἐαυτῶ γενέσθαι*; Excipias Stephanum et Sylburgium, qui *τις . . . τις* praebent, commate post *ὑπομεινάτω* et puncto post *γενέσθαι* collocato. Simili modo Hefeleus (edd. 2. 3) quoque edidit. At Stephano tamen magis placuit *τίς ὑπομείναι* et *ἀνέχοιτο τίς*, ut haec *ἑρωτηματικῶς* dicantur, ideoque reddidit: „Quis vestrum haec sufferat. Quis haec sibi fieri patiatur?“ Pariter interpretatur Beurerus. Sylburgius mutato modo legi malit: *Ταῦθ' ὑμῶν τις ὑπομείναι; Ταῦτ' ἀνάσχοιτό τις ἐαυτῶ γενέσθαι*; H. e. „Haec vestrum aliquis tulerit? Haec aliquis sibi fieri patiatur?“ Quid vero opus est non corrupta emendare? — *Οὐκ οὖν τὴν αἰσθησιν αὐτοῦ ἐλέγχετε*: Stephanus ex suo cod. msto edidit *Οὐκοῦν τὴν αἰσθησιν * ἐλέγχετε*, eumque omnes editores sunt secuti. Reponendum autem censuit *Οὐκοῦν τὴν αἰσθησιν οὐκ ἔχειν ἐλέγχετε*. „Quamobrem illos sensus expertes esse convincitis.“ Insuper Boehlius et Hefeleus (edd. 1. 2) verbis *οὐκ ἔχειν* addi *αὐτοῦ* voluerunt: sine necessitate. Melius maluit Sylburgius *Οὐκοῦν τὴν αἰσθησιν οὐκ ἔχοντας ἐλέγχετε*. Ast coniecturis non opus est. Nam apographon Beur. et codex Argent. in quibus illa lacuna non comparet, offerunt: *Οὐκοῦν τὴν αἰσθησιν αὐτοῦ ἐλέγχετε*. Quum autem auctor Epistolae haud dubie *ΟΥΚΟΥΝ* scripserit, sine ulla mutatione refingendum est *οὐκ οὖν* sive *οὐκουν* = *non ergo* (also nicht), vel sine conclusione, ut vis sit in negatione, = *non sane* (fürwahr nicht). Cf. Hermannum ad *Viger.* (ed. 4) a. 792 s. Hefeleus in tertia editione genuinam lectionem reposuit, ita quidem, ut *οὐκουν* scriberet, paullisper a vestigiis vulgatae lectionis recedens. Langius (*Roehrii Krit. Prediger-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. VI. p. 995) et Hoffmannus pro *αὐτοῦ* maluerunt *αὐτῶν*

(deorum vestrorum) legi. Minime necessaria correctio: vid. Adnott. exegeticas. — Particulam *καὶ* pro vulg. *καὶ* reposui ex apographo Beur. et ex codice Argent. (is habet *καὶ*), praesertim quum sententiam fortius (*auch wohl*) exprimat. Erat fortasse etiam in cod. msto quo Stephanus usus est. Mox *περισσὸν* Boehlius in *περιττὸν* mutavit contra codices. C. 4 *περισσὰ* et c. 5 *περισσεύουσιν* recte retinuit. Pro *τὸ πλείω λέγειν* Stephan., Sylburg., Morell., Olshausen. ediderunt *τὸ * λέγειν*. Refert Stephanus in veteri suo cod. msto *τὸ πλ * λέγειν* fuisse, unde cum Beurero supplevit *τὸ πλείω λέγειν*. Et hanc lectionem, quam textui primus inseruit Maranus, Argenteratensis confirmat: evidenter in eo habetur prima manu.

Caput III. In loco *Ἰουδαῖοι τοινῦν* usque ad *διαμαρτάνουσιν* editores se mirifice torquent. In codicibus mstis et editis non *ὡς Θεὸν* sed *εἰς Θεὸν* legitur. Vulgatam hanc lectionem vix ac ne vix quidem ita explicare poteris, ut notet *quoad* sive *quod attinet ad deum*. Maranus eam inepte defendit, quia „*φρονεῖν* hoc loco idem ac *πιστεύειν*“ valeat: nam *φρονεῖν* pertinet ad *δεσπότην*. Sylburgio et Boehlio *εἰς* vel tollendum videtur vel (sic Hefeleus quoque censet) in *εἰ* mutandum. Sed ille, quum repetitio coniunctionis *εἰ* inconcinnior sit, retenta *εἰς* praepositione addi aliqua mallet ad sententiam explendam: *καὶ εἰς Θεὸν ἕνα τῶν πάντων δημιουργὸν πιστεύειν, τοῦτόν τε μόνον σέβειν καὶ δεσπότην ἀξιοῦσι φρονεῖν*. Quae quidem mutatio nimia est ideoque calculo critico indigna. Melius Stephanus legi iussit: *καὶ εἰ Θεὸν ἕνα τῶν πάντων κτιστὴν σέβειν καὶ δεσπότην κτλ.*, reddens: „et deum unum venerari dominumque omnium existimare volunt.“ Minus prospere Langius (*Roehrrii Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. VI. p. 996) verbis transpositis coniecit: *καὶ Θεὸν τὸν ἕνα τῶν πάντων δεσπότην σέβειν καὶ ἀξιοῦσι φρονεῖν*. Quid igitur? Tu fortasse legeris: *καὶ Θεὸν ἕνα τῶν πάντων ποιητὴν σέβειν κτλ.* Nam *ποιητὴν* ob similitudinem praecedentis vocis *π . . τ . ν* excidere poterat. Equidem vero ad locum sanandum certissimā emendatione, mutatione fere nulla, ex *εἰς* effeci *ὡς*. Constat utrumque viculum saepissime a librariis confundi: exemplum videsis in Pseudo-Iustini *Quaest. Gent. ad Christ.* XI (15) §. 11 (*Corp. Apoll.* Vol. V. p. 346) not. 52. Formula autem *τινὰ ὡς Θεὸν σέβειν* in *Apol.* I. c. 29 reperitur. Adde Ps.-Iust. *Quaest. et Respp. ad Orth.* 24: *ὡς Θεὸν σέβειν καὶ τιμᾶν*. Clemens Rom. *Homil.* IX. c. 5: *ὡς Θεοῦ προσκυνεῖσθαι*. Paulus *ad Rom.* I. 21: *ὡς Θεὸν δοξάζειν*. Meum exemplum, ut assolet, Hoffmannus legendo *ὡς* secutus est; mallet tamen reponi sic: *καὶ εἰ Θεὸν ἕ. τ. π. σ. κ. δ. ἀξιοῦσι, φρονοῦεν ἅν*. Quae quomodo capienda sint non video; inepte reddit ille: „und insofern sie nur Einen Gott und Herrn der Welt verehren mögen, handeln sie vernünftig.“ Nempe verba *καὶ δεσπότην* nequaquam licet cum genitivo *τῶν πάντων* consociare. Caeterum Morell., Maran., Olshausen. *διαμαρτανούσιν*, non *διαμαρτάνουσιν*, dederunt. — Pro *εἰκὸς* Stephanus *ὡς εἰκὸς* vel *εἰκότως* scriptum fuisse arbitratur. Dici etiam solebat *ὡς τὸ εἰκός* (*Dial. c. Tr. c. 2*). Non muto. Vid. Adnott. exegeticas. Idem editor pro *οὐ* mallet *ἧ*. Sed ferri posse lectionem illam ipse concedit. Cf. Matthiae *Ausf. griech. Gramm.* §. 454. — Pro *κνίσης* in cod. Argent. comparet *κνίσεις*, ita tamen, ut in *κνίσης* mutatum sit. Literae *EI* et *H* saepe confunduntur a librariis. C. 2: *αἵματι καὶ κνίσεις*. — *Τῶν εἰς τὰ . . . ἐνδεικνυμένων . . . τὰ*

μη δυνάμενα κτλ.: Stephanus (ex veteri codice suo), Sylburgius, Morellus ediderunt τῶν * τὰ . . . ἐνδεικνυμένοις φιλοτιμίαν, τῶν μη δυναμένων κτλ. Sic etiam Maranus, nisi quod eius reposuit: cum eoque, ut solent, Gallandius et Olshausenius conveniunt. Pariter codex Argent. habet, qui eius evidenter agnoscit, sed ἐνδεικνύμενοι pro ἐνδεικνυμένοις offert. Lectionem autem, quam Boehlium et Hefeleum (quocum Grenfellus facit) secutus in textu posui, iam Stephanus coniecit esse genuinam (itidem Beurerus, praeterquam quod τῶν μη δυναμένων retinuit), eamque Sylburgius et Maranus probaverunt. Tum vero, in fine capitis post verbum μεταλαμβάνειν, codd. msti et editi habent: τὸ δὲ δοκεῖν τινα παρέχειν τῷ μηδενὸς προσδεομένῳ. Stephanus et Sylburgius lacunam suspicati sunt. Ille vertit: „Quale autem hoc est, putare se aliqua praebere ei qui nullius rei est indigus.“ Hic censuit supplendum πάνπαν ἐστὶν ἡλίθιον, vel simile quid. Itidem Hoffmannus excidisse putavit τίνα ἂν νοῦν ἔχοι seu γελοῖον καὶ ἄτοπον ἂν εἶη. „Sich aber den Schein zu geben als gewähre man demjenigen Etwas, welcher nichts bedarf, ist offenbar lächerlich und widersinnig.“ At, amabo te, nihil excidit. Maranus et Boehlius illud τὸ δὲ κτλ. ita cum praecedentibus copularunt ut κατὰ subaudirent. Sed recte Langius (l. c.): „Ein solcher Accusativ am Schlusse eines Satzes ist durchaus unstatthaft.“ Maluit is, quod quidem improbo, δοκοῦντές γε. Iam Stephanus coniecit et Hefeleus (edd. 2. 3) textui inseruit τῷ γε κτλ. Alius τῷ δὲ κτλ. scripserit. Tum verba coniungenda sunt cum antecedentibus hoc fere modo: „hi, dum scilicet putant se aliqua ei praebere qui nullius rei indigus est, nihil mihi videntur differre ab iis qui“ etc. Verum enimvero a nostro auctore perpolitio illa non profecta sunt: nam claudicante pede sequerentur. Quid? Glossam continent ex superioribus, ταῦθ' οὗτοι καθάπερ προσδεομένῳ τῷ θεῷ λογιζόμενοι παρέχειν, petitam et deinde ab aliquo librario in textum infultam. Iam prius hanc glossam notavi: nunc expunxi.

Caput IV. Editi male τόγε (coniunctim) pro τό γε praebent. — Stephanus legendum coniecit τὴν περὶ τῆς περιτομῆς ἀλαζονείαν. Quamquam in defectu praepositionis non est quod haereamus. Vid. Adnott. exegeticas. — Vocabulum οὐδενὸς pro οὐδέν, quod in editis invenitur, ex codice Argent. reposui. Meum exemplum Hefeleus (ed. 3) secutus est. Etiam in apographo Beureri fuisse videtur; is enim transtulit *omnis expertia rationis*. Iam Stephanus pro οὐδέν (quod Sylburg. et Boehl. dictum putarunt pro κατ' οὐδέν, i. e. *nullo modo, minime*) legendum coniecerat οὐδέ vel potius οὐδενός. Mox verbo νομίζω editores, Stephanum secuti, οὐ negationem existimarunt praefigendam esse. Probavit Langius in *Roehrii Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. VI. p. 997. Absque ratione. Vid. Adnott. exegeticas. Pariter scriptor initio cap. 3 ait: Ἐξῆς δὲ κτλ. οἶμαι σε μάλιστα ποθεῖν ἀκοῦσαι. Caeterum pro χορῆζειν editi χορῆζειν, sine iota subscr., ut c. 2. — Pro τε γὰρ exspectabas μὲν γὰρ. Noli mutare. In fine huius loci pro πῶς θέμις ἐστὶ codd. msti et editi πῶς οὐ θέμις ἐστὶ. Omnes autem editores οὐ delendum censuerunt (Hefel. edd. 2. 3 e textu eiecit), vel legendum οὐκ ἀθέμιτον. Posteriorem emendandi rationem praetulit Boehlius, propter ea quae sequuntur: πῶς οὐκ ἀσεβές; et: πῶς οὐ χλεύης ἄξιον. Nimia mutatio foret. Aliter scriptor etiam in ultimo membro parallelo dicit: τίς ἂν θεοσεβείας κτλ. ἡγή-

σεται τὸ δεῖγμα; Videtur istud οὐ analogiae gratia a librario importatum esse in textum, ideoque expunxi. Tu fortasse proposueris πῶς οὖν θέμις ἐστί. Cf. *Apol.* I. c. 24. not. 4. — In veteri msto, quo Stephanus usus est, tantum μαρτυρ apparebat; ibidem duae tantum priores literae vocis χλεύης exstabant. *Μαρτύριον* tamen quam *μαρτυρίαν* maluit ille criticus propter affinitatem generis, et χλεύης potius quam χλευασμοῦ scripsit, quia spatium breviori tantum vocabulo relictum erat. Haec correctio firmatur apographo Beur. et codice Argent.: certe in eo perspicue scripta sunt duo ista vocabula. — Ante παρατήρησιν articulum τήν, vulgo omis- sum, ex codice Argent. reposui. Pro μηνῶν Stephan., Sylburg., Morell. solam literam μ ediderunt; sed (cum Beurero) commendarunt μηνῶν, id quod Argent. bene firmat. Plenam vocem Maranus in textu collocavit, eum- que secuti sunt reliqui editores. Tum pro καταδιαρεῖν in antiquo Ste- phani codice msto et in editis legitur κατα *, ex quo hic criticus putavit καταδύθμιζεν faciendum esse. Reddidit: „ac tempestatum mutationes ad ea accommodare ad quae mentes suae propensae sint.“ Sylburgius admisit κατανέμειν aut κατατάττειν, Boehlius κατασκοπεῖν. His vero omnibus coniecturis non indigemus. Nam apographon Beureri καταδιαρεῖν praebet duplici manu: primum enim κατα scriptum erat, post aliâ manu additum διαρεῖν. Itaque is vertit: „dei dispensationem et temporum immutationem pro suo arbitratu vel potius impetu distribuere“ etc. Eamdemque lectionem codex Argent. indicavit, quippe qui primâ manu καταδ . . . εἶν offerat: re- liquae literae aliquantum evanuerunt. Veram scripturam recepi in textum: obtemperavit mihi Hefeleus (ed. 3). — Pro ἡγήσεται, quum ἄν praecedat, mavult Stephanus ἡγήσεται, subiunctivo modo. Vid. Adnott. exegeticas. — Vocula ὅτι ante ὀρθῶς ἀπέχονται Χρ. abest a codicibus mstis. Eam re- ponendam Stephanus et Beurerus conieciarunt: cuncti post Sylburgium edi- tores textui inseruere. Alius scripserit forsitan: . . . καὶ ἀλαζονείας ὀρθῶς ἀπέχονται Χριστιανοί, ὡς ἀρκοῦντως κτλ. Haec tamen emendandi ratio nequaquam placet. Pro σε in codice Argent. τέ scriptum erat: sed alia manus in σέ mutavit. Cf. *Dial.* c. *Tr.* c. 23. not. 3.

Caput V. Codex Argent. pro ἔθεισι mendose ἔσθεισι. — Codices msti et editi pro μάθημα habent μαθήματι, id quod ferri nequit: ortum haud dubie duxit ex simili casu vocum antecedentium. Nihil praeterea mu- tandum censeo. Hengelius coniecit pro μαθήματι τοῦτ' legendum esse μάθημα τοιοῦτ', disciplina indolis huiuscemodi. Stephanus vero et Beurerus commendarunt μάθημά τι τοῦτ' αὐτοῖς ἐστιν εὐρημένον. Vertit ille: „neque aliquid a curiosis hominibus excogitatum proponunt sibi discendum.“ Sylburgius: μάθημά τι τοῦτ' α. ἐ. ἡρημένον (*captum, electum*). Maranus, Boehlius, Langius (*Roehrii Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. VI. p. 997): μάθημα τοῦτ' αὐτοῖς ἐστιν εὐρη- μένον. Idque Hefeleus in textu posuit, qui quidem cum Marano (in Ad- dendis) sic interpretatus est: „neque investigatione quadam et hominum cu- riosorum sollicitudine haec disciplina ab eis est inventa.“ At illos criticos omnes fugit locus c. 7 parallelus, qui meam lectionem firmat. Vid. Adnott- exegeticas. — Pro καὶ τοῖς ἐγγ. ἔθεισιν codices msti et editi habent ἐν τοῖς ἐγγ. ἔθεισιν. Excipias editiones Boehlii, Hefelei (ed. 1: vera lectio est in edd. 2. 3), Grenfelli: quae καὶ ἐν τοῖς ἐγγ. ἔθεισιν inepte praebent. Stephanus illud codicum ἐν delendum et Sylburgius ante διαίτη ponendum

existimarunt. Equidem in καὶ mutavi. — Dicit scriptor *Γαμοῦσιν ὡς πάντες*. Sed antithesis abest. Expectabas enim addita esse fere haec verba: ἄλλ' οὐ ποιοῦνται διγαμίας, h. e. „sed non ineunt secundas nuptias.“ Vid. Adnott. exegeticas. Aut legendum est saltem: *Γαμοῦσιν ὡς πάντες καὶ τεκνογονοῦσιν, ἄλλ' κτλ.* Non muto. — Tum in editis non est ἄλλ' οὐ κοινήν, sed ἄλλ' * κοινήν. Lacunulam Stephanus et Beurerus vocula οὐ putaverunt explendam esse. Et recte quidem, ut codex Argent. docet, in quo, literis λλ' οὐ paullulum renovatis sed antiquâ manu, aperte exstat lectio a me recepta. Coniecturis aliorum lubenter caremus. Etenim mallet Sylburgius ἄλλ' οὐ πάντη κοινήν, vel ἄλλ' ὁσίως κοινήν, ut sancta et licita intelligatur mensae communio. Maranus argutius quam verius scribendum suspicatus est: ἄλλ' οὐ κοίτην (scil. κοινήν): „mensam communem apponunt, minime vero cubile.“ *Dial. c. Tr. c. 110: μόνη τῇ γαμετῇ γυναικὶ ἕκαστος χρώμενοι.* Sic Tertullianus *Apolog. c. 39*: „Omnia indiscreta sunt apud nos praeter uxores: in isto loco consortium solvimus, in quo solo caeteri homines consortium exercent, qui non amicorum solummodo matrimonia usurpant sed et sua amicis patientissime subministrant.“ Gentiles enim prostituebant haud raro uxores aliorum lubrici. Id testatur Iustinus quoque in *Apol. I. c. 27*: *Οἱ δὲ τὰ ἐαυτῶν τέκνα καὶ τὰς ὁμοζύγους προαγωγέονται.* Boehlius coniecit quidem ἄλλ' οὐ τροφήν κοινήν, sed maluit in Marani coniectura acquiescere. Hefeleus (edd. 2. 3) minus belle edidit ἄλλ' [οὐ κοίτην] κοινήν. — Kestnerus (*Agare* p. 396) ante *δικαιοῦνται* particulam negandi incommode legit; vertit: „man verläumdete sie; sie rechtfertigen sich nicht.“

Caput VI. Pro μὲν ὄντες codices msti et editi μένοντες. Sed μὲν ὄντες aptius est, ut iam Stephanus vidit: nam sequitur δὲ particula. Auctor Epistolae *MENONTEΣ* scripsit. Recte igitur Hefeleus (edd. 2. 3) illud in textum recepit. Idem librorum error reperitur *De resurrect. c. 6* et in Xenophontis *Oecon. c. 8. §. 4*. Simile vitium infra c. 10 (ὅς ἄ) sustuli. — Pro συνέχει δὲ αὐτὴ τὸ σῶμα Gallandius tacite edidit *συνέχει δὲ αὐτὸ τὸ σῶμα*, contra codices.

Caput VII. Vocem ἀληθῶς, in vulgato textu omissam, ope codicis Argent. restitui. Exemplum meum secutus est Hefeleus (ed. 3). Legit etiam Beurerus in veteri suo codice; reddidit enim: „sed ipse *re vera* omnipotens“ etc. Quin etiam Stephanus legit; nam in translatione habet: „sed ipse *vere* deus qui est omnipotens“ etc. Excidit igitur errore. — In antiquo Stephani codice msto non nisi prima vocis ἄγιον litera apparuit. Sed scripsit princeps ille editor ἄγιον, quae scriptura codice Argent. comprobatur. — *Ἐνίδρουσε* (apogr. Beur. et cod. Argent.) reposui pro vulg. *ἐνίδρυνται*. Obtemperavit Hefeleus (ed. 3). — Deest ὁ ἥλιος in codicibus mstis et editis. Solus Hefeleus (edd. 2. 3) in textu posuit *ἐῖληφε* [ὁ ἥλιος] *φυλάσσειν*. Lunae mentio, quae statim fit, omnem de sole tollit dubitationem. Quare iam Stephanus coniecit ἥλιος (vel ὁ ἥλιος) *ἐῖληφε φυλάσσειν*. Sed concinnitatis causa, quam perpolitus hic scriptor ubique servare solet, equidem vocabulum ἥλιος cum articulo in fine comatitii collocavi. Eandem ob causam articulum ἦ ante *σελήνην*, vulgo omissum, rescripsi: antea enim *τὰ στοιχεῖα* et mox *τὰ ἄστρα*. Facile H ob praecedens EI poterat absorberi. *Dial. c. Tr. c. 85*: *τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα*. — Pro *ἐν τοῖς οὐρανοῖς* codices msti

et editi incongruenter ἐν οὐρανοῖς. Mox enim ἐν τῇ γῆ et ἐν τῇ θαλάσῃ. Non dubito quin articulus a librario sit omissus: ac certe propter similitudinem cum ultima sequentis vocis syllaba facile interiit. — Vulgo minus belle comma post ἀπέστειλεν collocatur. — Pro Οὐ μὲν οὖν Morell., Maran., Galland., Boehl. perverse οὐ μενουν. Olshausen. οὐ μόνον(!). Hefel. et Grenfell. οὐ μενοῦν. Reliqui οὐμενουν. Tum Gehlius et interpres Campid. sic iunxerunt: . . . πραῦτητι, ὡς βασιλεὺς π. υἷὸν βασιλέα, ἐπεμψεν κτλ. Nolui recedere a positura codicum. Stephanus maluit convenientius legi ἐν ἐπιεικείᾳ καὶ πραῦτητι (inserta copula), vel ἐν ἐπιεικείᾳ, ἐν πραῦτητι (iterata praepositione). — Verba ὡς καλῶν, οὐ διώκων ἐπεμψεν in editionibus Morelliana, Maranea, Gallandiana, Olshauseniana errore praetermissa sunt. — Pro κρίνοντα fortasse (Stephan.) legendum est κρινοῦντα. Tum codices msti et editi habent ὑποστήσεται; * παραβαλλομένους κτλ. Perantiqua est haec lacuna, id quod apparet ex hac cuiusdam librarii notatione, in veteri codice msto Stephani et in Argent. (in quo a muribus paullisper corrosa est) reperta: Οὕτως καὶ (Steph. καὶ omisit) ἐν τῷ ἀντιγράφῳ εὗρον ἐγκοπὴν, παλαιοτάτου ὄντος. Librarius debebat scribere παλαιοτάτω ὄντι, vel καίπερ (αὐτοῦ) παλαιοτάτου ὄντος. Multa desiderari putavit Stephanus: quibus primum quidem finiebatur sermo praecedens; deinde vero incipiebatur alius de robore, quo Christus eo ipso tempore illos qui de ipsius nomine Christiani vocabantur muniebat. Legendum igitur censuit: ὑποστήσεται; * Οὐχ ὁρᾶς παραβαλλομένους κτλ. Sylburgius autem lacunam opinatus est his verbis explendam: Καὶ ταύτην δὲ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ ἀνενδοιάστως παραδοκῶντας τοὺς κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ἐπ' αὐτὸν πεπιστευκότας οὐδὲν τοπαράπιον ἔστι τὸ ἐκφοβεῖν ἢ δουλαγωγεῖν δυνάμενον. Οὐχ ὁρᾶς γὰρ πολλαχοῦ κεφαλοτομουμένους τε καὶ σταυρουμένους καὶ παραβαλλομένους θηρίοις κτλ. H. e. „Atque adeo hunc eius adventum tam indubitato exspectant qui per totum terrarum orbem in eum credunt, ut nihil plane sit quod exterrere eos ac mancipare sibi possit. Annon vides enim, quam multis in locis decapitentur et crucifigantur et bestiis obiiciantur“ etc.? In eam enim sententiam Iustinus de invicta Christianorum constantia praedicat *Dial. c. Tr. c. 110*: Καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ ἐκφοβῶν καὶ δουλαγωγῶν ἡμᾶς τοὺς ἐπὶ τὸν Ἰησοῦν πεπιστευκότας κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, φανερόν ἐστι. Κεφαλοτομούμενοι γὰρ καὶ σταυρούμενοι καὶ θηρίοις παραβαλλόμενοι κτλ. ὅτι οὐκ ἀφιστάμεθα τῆς ὁμολογίας, δῆλόν ἐστιν. Eademque fere sententia locum Boehlius restituendum censuit: „Sustinebunt eius adventum quicumque ad eum excipiendum se paraverint (aut „quicumque in libera evangelii professione per omnes huius saeculi tentationes permanserint“). Quem adventum quum certa spe exspectent quicumque nomina Christo dederunt, nec terroribus neque cruciatibus ullis, ut Christo renuntient, permoveri possunt.“ Maranus eumque secutus interpres Campidonensis locum voluerunt expleri decerptā ex eodem *Dialogo c. 121* sententiā, ubi Martyr ex eo, „quod in inglorio et infirmi et despecto Christi primo adventu tantus fuerit illius splendor et tanta potentia ut nulla in gente ignoretur et ex omni genere homines poenitentiam agant,“ concludit, „quanta sit futura secundi adventus maiestas.“ Hac vero explendi ratione quum dumtaxat sermo antecedens finiatur, a Marano eiusque pedissequo adicienda erat sententia ista a Sylburgio prolata: „Atque adeo hunc eius adventum

(sc. secundum) expectant“ etc. Hefeleus (edd. 2. 3) nihil textui inseruit praeter illud *Ὁὐχ ὄρας* uncis inclusum, et post *νικωμένους* pro puncto (in codicibus obvio) signum interrogandi posuit. Equidem vero signum, quo lacuna indicetur (*), apposui. — Ex vulgata lectione *κολάζονται* effeci: pariter Hefeleus (ed. 3). — *Ταῦτα ἀνθρώπου κτλ.* Haec Stephano convenientior videtur lectio: *Ταῦτα ἀνθρώπου* (vel *ἀνθρώπων*) *δοκεῖ τὰ ἔργα; Ταῦτα δύναμις ἐστὶ θεοῦ.* H. e. „Itane videntur haec ab homine fieri? Immo vero haec sunt dei potentia.“ Noli mutare. Pro *δείγματα* codex Argent. *δόγματᾶ* offert.

Caput VIII. Non *τί ποτ' ἐστὶ θεός*, sed *τί ποτ' ἐστὶ* (sic) *θεός*, in editis legitur. Solus Boehlius *τί ποτ' ἐστὶ θεός*, quod multo magis improbandum. — Pro *Ἡ* Stephan., Sylburg., Morell., Boehl. *ἦ* dederunt. Illud *ἦ* (apographo Beur. et codice Argent. probatum) praefero ob praegressam interrogationem. — Pro *μέν τινες πῦρ*, Stephan., Sylburg., Morell. offerunt *μέν * πῦρ*. Reliqui editores et apographon Beur. *μέν πῦρ*, spatiolo non relicto. Censuit Stephanus deesse *τινές*. Etiam in codice Argent. huius vocis literae deprehenduntur, licet oculos paullulum fugiant. Reposui igitur. Sic c. 2 *ὁ μὲν τις ... ὁ δέ*, ubi vid. Adnott. criticas. — Verba *οὗ* usque ad *θεόν* Hefeleus non includit parenthesi. Stephanus inseri malit particulam *γὰρ* post *οὗ*. — Praeter Gallandium et Hefeleum (edd. 2. 3) omnes vitiose praebuerunt *ἀποδεκτός* (oxyt.). Sed veram scripturam *ἀπόδεκτος* apographon quoque Beur. (vid. Sylburg. in Ind. s. v.) servavit. Cf. *Apol. I.* c. 43. not. 6. Pariter *πρόσδεκτος* et *εὐπρόσδεκτος* occurrit; v. c. ap. Clem. Rom. *I Corinth.* cc. 7. 40. — Pro *δύναιτ' ἂν* fortasse, ut iam Stephanus advertit, pluraliter legendum *δύναιντ' ἂν*, scil. *οἱ φιλόσοφοι*, ut sensus sit: „possint etiam reliquarum rerum, quae sunt creatae, unamquamque similiter pronuntiare deum.“ — Codex Argent. *εἶπεν* pro *εἶδεν* librarii errore. Mox pro *μόνη* idem codex *μόνον*. C. 10: *οἷς μόνοις*. — Verba *καὶ ἀγαθός* Stephanus supposititia esse existimavit, quia mox sequitur *καὶ μόνος ἀγαθός ἐστίν*. Hoffmannus coniecit *καὶ ἀγανός*. Potest tamen retineri vulgata lectio. Vid. Adnott. exegeticas. — Pro *ταύτην ἐκοινώσατο* codices msti et editi *ἣν ἐκοινώσατο* suppeditant: quae lectio, quum ferri nulla ratione possit, a me minima mutatione emendata est. Locum vitiosum esse Stephanus quoque vidit: quippe veretur post *τῷ παιδί* ne aliqua desint. Vitiose Maranus vocabulo *παιδί* comma subiecit. In meam editionem alteram unum irrepsit vitium typographicum: *ἐκοινώσαντο* pro *ἐκοινώσατο*. At incuriose repetiit vitium illud Hoffmannus. — Sylburgius *τὴν σοφὴν αὐτοῦ βουλήν* mutavit in *τὴν σοφὴν αὐτοῦ* (sic) *βουλήν*. Male. Similem errorem correxi c. 10. — Paullo post Hengelius orationem sic distinguendam esse censet: *ἡτοιμασμένα πάνθ' ἅμα, παρέσχεν ἡμῖν καὶ μετασχεῖν κτλ.* Incommode. Articulum ante *ἐνεργεσιῶν*, vulgo omissum, ex codice Argent. restitui. Lectionem quae sequitur, *καὶ ἰδεῖν καὶ ποιῆσαι. Τίς ἂν κτλ.*, apographon Beur. et codex Argent. mihi praebuere, eandemque recepit Hefeleus (ed. 3). Stephanus vero caeterique editores dederunt *καὶ ἰδεῖν * ἦσαι * τίς ἂν κτλ.* Si ab illa lectione recedere velis, legas *καὶ ἰδεῖν καὶ ποιῆσαι, ἃ οὕτως ἂν π. πρ. ἡμῶν*. Enimvero locum coniecturis misere tentarunt editores. Coniecit Stephanus: *καὶ ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι. Ἄ τίς ἂν κτλ.* Sylburgius: *καὶ ἰδεῖν καὶ εἰσαθρῆσαι πόσα τε καὶ πηλίκᾶ ἐστὶ. Ἄ τίς ἂν κτλ.*

vel: *καὶ ἰδεῖν καὶ κατανοῆσαι τὴν αὐτοῦ μεγαλειότητα. Ἄ τις ἂν κτλ.* H. e. „et videre atque perspicere quot et quanta ea sint,“ vel: „et videre atque cognoscere ipsius maiestatem.“ Maranus: *καὶ ἰδεῖν καὶ κατανοῆσαι. Τίς ἂν κτλ.* Boehlius (quocum Hefeleus edd. 1. 2 facit) admodum inepte: *καὶ ἰδεῖν καὶ ψηλαφῆσαι αὐτόν. Ταῦτα τίς ἂν κτλ. (Luc. XXIV. 39. Act. Apostl. XVII. 27. I Ioann. I. 1).* Denique pro *προσεδόκησεν* apographon Beur. *προσεδόκα* habet.

Caput IX. Pro *ἀπαγομένους*, quod ex codice Argent. reposui, apographon Beur. habet *ἀταλλομένους*, unde Hoffmannus praeter necessitatem legendum coniecit *ἀγαλλομένους*. In editis est *ἀγομένους*. — Pro *ἀδικίας* Maran. et Olshausen. male *ἀδικαίας*. Tum codices msti et editi non *τὸν νῦν τῆς δικαιοσύνης* sed *τὸν νοῦν τῆς δικαιοσύνης* suppeditant. Boehlius sic interpretatus est: „conscientiam sanctitatis, quam deus postulat, in hominum animis excitans.“ Male idem *τὸν νόμον τῆς δικαιοσύνης* (Rom. IX. 31) legendum suspicatus est. Scite Hengelius: „Mihī corrigere visum est *τὸν νῦν*, de cuius probitate, quo magis totius orationis antithesin considerabam, eo penitins mihi persuasum est. Postea vidi Hefeleum [ed. 2] etiam hanc in coniecturam incidisse.“ — Pro *μισθὸς αὐτῆς κόλασις* Stephanus ex suo codice msto obtulit *μισθὸς * κόλασις*. Sic editi quoque. Illud vero *αὐτῆς*, quod ad vocem *ἀδικία* referendum est, apographon Beur. et codex Argent. subministrarunt. Receptit etiam Hefeleus (edd. 2. 3). At Stephanus et Sylburgius ad lacunam istam explendam coniecerunt *ἁμαρτίας* sive *τῆς ἁμαρτίας*. Ep. ad Rom. VI. 23: *τὰ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος*. Male putavit Boehlius *τῶν ἡμετέρων ἔργων* scribendum. Sylburgius et Morellus verbo *προσεδοκῶτο* inepte punctum subiecerunt. — Morell., Maran., Olshausen. pronomini *ἐαυτοῦ* (ante *χρηστ.*) mendose adiunxerunt *τοῦ*. — Commation quod sequitur multum vexavit editores. Stephanus et post eum omnes editores habent *ὡς * ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας μία ἀγάπη * οὐκ κτλ.* Voces *τῆς* et *τοῦ θεοῦ*, quibus illae lacunae a me et (suadente me) ab Hefelio in edit. tertia expletæ sunt, offerunt apographon Beur. et codex Argent.; in hoc codice voculae *ὡς τῆς* renovatae quidem sunt, sed apparet eas iam prima manu fuisse exaratas. Post *θεοῦ* comma posui. Si quid emendandum tibi videatur, reponas: ... *δύναμιν (ὡ τῆς ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας) μία ἀγάπη τοῦ θεοῦ οὐκ ἐμίσησεν ἡμᾶς*. Iam addo criticorum coniectationes, quae omnes mihi reprobandae videntur esse. Commendavit Stephanus, quocum Hefeleus in edd. 1. 2. et Grenfellus fecerunt: *ὡς ὑπὸ τῆς ὑπερβ. φιλανθρωπίας καὶ ἀγάπης οὐκ ἐμίσησεν κτλ.* Reddidit: „... et quomodo prae immenso, quo homines prosequitur, amore nos odio non habuerit neque reiecerit ...: proprium ipse filium pretium redemptionis pro nobis dedit.“ Sylburgius: *ὡς ἡ ἔξ ὑπερβ. φιλανθρωπίας μία ἀγάπη τοῦ παντοκτίστου θεοῦ οὐκ ἐμίσησεν κτλ.* Transtulit: „... quomodo ex immensa humanitate unica dei creatoris dilectio non odio nos persecuta sit.“ Maranus et Boehlius: ... (*ὡ ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας, οἷα ἀγάπη!*) *οὐκ κτλ.* Rectius *ὡ* scripsissent pro *ὡ* et *οἷα* pro *οἷα*. Praetulit tamen Boehlius aliam emendandi rationem: *ἦλθε δὲ ... φανερωσάτω τὴν ἐ. χρησιότητα καὶ δύναμιν (ὡ [sic] τῆς ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας!) μία ἀγάπη ἔσωσεν ἡμᾶς*. Illud *μία* explicat voce *μόνη*. Ast haec mutatio nimis magna foret. Langius (*Roehrii Krit.*

Pred.-Bibliothek 1844. Tom. XXV. Fasc. VI. p. 998) proposuit: ... (ὡ τῆς ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας καὶ ἀγάπης τοῦ Θεοῦ!) οὐκ ἐμίσησεν ἡμᾶς. Eheu iam satis! Pro ἡμᾶς, post ἐμίσησεν, exceptis Boehlio, Hefeleo, Grenfello omnes ἡμᾶς male ediderunt. — Tum in codicibus mstis et editis adiunguntur verbis ἀλλὰ ἐμακροθύμησεν haecce: ἠνέσχετο, λέγων αὐτός, τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἀνεδέξατο. Haec, ut iam Sylburgius statuit, aperte glossema sapiunt, quod in contextum irrepsit. Videlicet ἠνέσχετο, quod quidem superfluum omnino esset et inconcinne additum, expositio est praecedentis verbi ἐμακροθύμησεν. Sequentia autem, Αὐτός τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἀνεδέξατο, ut ex praemisso λέγων luce clarius patet, probatio sunt ex *Iesaiā* LIII. 4. 11. Auctor insuper, verba si genuina essent, sibi plane contradiceret, statuens primum: „deus ipse peccata hominum in se recepit“; tum „ipse suum filium pretium redemptionis pro nobis dedit.“ Tale quid nostro scriptori, utpote accuratissimo, non accidit. Hefeleus (edd. 2. 3.) suasu Stephani tantummodo λέγων eiecit. — Ὑπὲρ τῶν ἀνόμων scriptori reposui pro vulgato ὑπὲρ ἀνόμων. Nam articulus etiam in sequentibus comparet; minime politus scriptor noster omisit, sed librarius quem in errorem duxit proximum ὁμοιοτέλευτον. — Maranus et Olshausenius contra codices νῆ τῶ (pro τοῦ) Θεοῦ. — Ultima verba περὶ ἐνδύσεως καὶ τροφῆς μὴ μεριμνᾶν fortasse glossema (ad τροφέα) sunt, quod posthac in textum importatum est.

Caput X. In editis exstat: ποθῆς καὶ λάβης, πρῶτον μὲν ἐπίγνωσιν π* ὁ γὰρ κτλ. Stephanus notat dubium esse utrum ποθῆς an ποθήσης in codice suo msto legatur. Sed ποθήσης rescripsi, quum non tantum in apographo Beur. sed etiam in codice Argent. inveniatur. Nullum vero spatium (post ἐπίγ. π) vacuum est in apographo et in codice illo: in iis genuina lectio πατρὸς comparet, quam refinxit. Obtemperavit Hefeleus (ed. 3). Itaque reiiciendae sunt emendationes coniecturales, quibus critici, redditionis initium facientes a verbis πρῶτον μὲν, locum studuerunt sanare. Nimirum Stephanus opinatus est scribendum esse: πρῶτον μὲν ἐπίγνωσον πατέρα vel τὸν πατέρα. Vertit: „primum quidem cognosces patrem.“ Sylburgius (cui Hefeleus ed. 1 et Grenfellus adstipulantur): πρῶτον μὲν ἐπίγνωσιν πατρός σοι παρέξει. H. e. „cognitionem patris tibi suggeret“ scil. ἡ πίστις. Boehlius (quocum Hefeleus ed. 2 facit): πρῶτον μὲν ἐπίγνωσιν φροσλήψη (s. παραλήψη) τῆς τοῦ Θεοῦ χρηστότητος (s. φιλανθρωπίας), aut: πρῶτον μὲν ἐπίγνωσιν πληρωθήση τῆς κτλ. (*Coloss.* I. 9). — Codices msti et editi pro τὰ ἐν τῇ γῆ, οἷς κτλ. habent τὰ ἐν * οἷς κτλ. Deesse putarunt Beurerus et Boehlius αὐτῶ, scil. τῶ κόσμῳ (id Hefeleus in edit. 3 posuit), Stephanus γῆ vel κόσμῳ, Sylburgius τῶ κόσμῳ vel τῇ ὑπ' οὐρανόν. In codice Argent. autem, in quo prorsus evanuit lectio primitiva, spatii angustia duas tantum literas requirit, ut, etiam Cunitzio advertente, haud dubie τῇ γῆ legendum sit; scilicet in eo codice, ut in aliis, litera η supra lineam poni solet, hic igitur supra literas τ et γ. Commendatur insuper lectio mea verbis c. 7: ὧ πάντα ... ὑποτίναται ... τὰ ἐν τῇ γῆ, et simillima Iustini sententia in *Apol.* II. c. 5, ubi verbis „deum mundum (τὸν κόσμον) fecisse“ prout nostro loco statim adiciuntur haec: καὶ τὰ ἐπίγεια ἀνθρώποις ὑποτάξας. — Pro λόγον editio Morelliana vitiose λόγιον habet, quod vitium

in omnes deinceps editiones irrepsit. Cf. Prolegg. §. 15. not. 10. — Editi ἄνω omiserunt. Sed iam Stephanus haec monuit: „In exemplari post μόνους apparet litera, quae sitne principium vocis ἄνω an vocis ἀτενές dubito. Magis tamen in illam quam in hanc coniecturam propendo.“ Codex Argent. offert μόνους ἄ —. Reliquae enim huius vocis literae, quum locum obtineant in fine lineae vetustate contritae, non comparent. Videtur tamen scriptum fuisse ἄνω, quod quidem etiam apographon Beur. agnoscit. Quapropter textui inserendum putavi: meumque exemplum Hefeleus (ed. 3) secutus est. Pro ἐπέτριψεν editores ante Boehlium ἐπέτριψε, sine ν ἐφελκυστικῶ. — Omnes editores male τὸν υἱὸν αὐτοῦ pro τ. υ. αὐτοῦ. Excipias Hefeleum, qui in edit. tertia meo monitu αὐτοῦ reposuit. Similis error invenitur c. 8: vid. ibi Adnott. exegeticas. — In veteri codice Stephani msto erat perperam τῷ κρείσσω, ita quidem, ut litera ν in fine huius nominis non abesset sed esset ἐξίτηλος. Errorem correxit ille criticus. — Mox codices msti et editi ὅσα offerunt pro ὅς, ἄ. Sed si illud legitur via et ratione non procedunt verba. Quare in editione priori (a. 1843) conieci ὅς ὅσα legendum esse. Cf. *Apol.* I. c. 45. not. 6 et c. 60. not. 6. Melius vero Hengelius vulgatum ὅσα vult in ὅς ἄ mutari. Auctor Epistolae ΟΣΑ scripsit. Simile vitium c. 6 (μὲν ὄντες) correxi. Morellus, Maranus, Gallandius, Olshausenius verba ταῦτα τοῖς ἐπιδομένοις χορηγῶν errore praetermiserunt. — Est in codicibus mstis et editis ἐν οὐρανοῖς. Sylburgius putavit legendum esse ἐν ἀνθρώποις. Nam ex οὐνοῖς in ἀνοῖς proclivis est in exscribendo lapsus. Idem error in Tatiani *Orat. ad Graec.* c. 39 conspicuus est, ubi meam videsis animadversionem: not. 9. — Ex ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν Hefeleus (edd. 1. 2) et Grenfellus τὸ fecerunt contra codicum auctoritatem. — Pro εἰς τὸ πῦρ vulgo εἰς πῦρ. Male. Articulum ex codice Argent. restitui. Itidem Hefeleus (ed. 3). — Denique Stephanus omnesque post eum editores praebent τὸ πῦρ το * μακαρίσεις κτλ. Etiam codex Argent. habet lacunulam, ita quidem, ut literae non desint sed paluerint, quum in fine lineae locum habeant. Tamen superesse videntur aliqua vocis προς vestigia: unde confidenter rescripsi τὸ πῦρ τὸ πρόσκαιρον, quod praecedenti αἰώνιον egregie respondet. In Adnott. exegeticis effata aliorum attuli, quibus illa coniectura a me proposita omnino firmatur. Codex autem Argent. ante μακαρίσεις, quae vox insequentem versum incipit, in margine particulam καὶ egregie offert, tamquam additamentum, quod tamen a prima manu videtur profectum esse. Quocirca reposui. Refectionem totius loci a me commendatam Langius (*Roehrii Krit. Pred.-Bibliothek* 1844. Tom. XXV. Fasc. VI. p. 998) et Hefeleus in editione tertia assensu suo comprobarunt. Iam editorum coniecturas memoro. Suspiciatus est Stephanus ita scriptum esse: ... δικαιοσύνης τὸ πῦρ θανάσεις, καὶ μακαρίσεις κτλ., vel potius illud τὸ πῦρ prorsus eiciendum esse. Sylburgius absque verborum transpositione defectum sic explevit: ... δικαιοσύνης θανάσεις τὸ πῦρ τὸ ἐπίγειον, καὶ τότε αὐτοὺς μακαρίσεις κτλ. Boehlius (quocum Hefeleus ed. 2 fecit) locum hoc modo interpolavit: ... τὸ πῦρ τὸ ἐπίγειον, καὶ μακαρίσεις κτλ.

In appendice subditiua haec observanda sunt.

Caput XI. Pro *λόγω προσφιλεῖ* Stephanus, Sylburgius, Morellus dederunt *λόγω προσφιλ * εἶ*. In codice enim msto, quo Stephanus usus est, interstitium erat inter *προσφιλ* et *εἶ*. Tale interstitium, sed perbreve, etiam in codice Argent. invenitur, ita tamen, ut, quum ibi radendo habeat ortum, prorsus nihil supplendum sit. In apographo Beur. non apparet illud spatium; coniuncte enim praebet *προσφιλεῖ*. Itaque hanc vocem Maranus recte reposuit, quem secuti sunt caeteri editores. Praeter necessitatem Sylburgius maluit *προσφιλεῖ τε καὶ ἀληθεῖ*, et Maranus (in Addendis) *προσφιλεῖς γενηθείς* („et Verbo amicus factus“). — Pro *διηγοῦμενος* (ita codices) Stephanus *ἔξηγοῦμενος* vel potius (licet id minus usitatum sit) *ἐκδιηγοῦμενος* scriptum fuisse putavit. Non muto. Cf. Bretschneideri *Lex. man. in N. T.* (ed. 3) p. 102. Pro *οἱ* relativo Boehlius, Hefeleus (edd. 1. 2), Grenfellus *οἱ* articulum inepte legerunt. Notam interrogandi omnes editores omiserunt excepto Hefeleo, qui (edd. 1. 2; sic etiam Grenfellus) post *διηγοῦμενος* collocavit. — Male Maranus (in Add.) ante *καινός* articulum *καὶ* vult deleri: „Hic, qui ab initio erat, novus apparuit.“ Vid. Adnott. exegeticas. Pro *καὶ παλαιός εὐρεθείς* in codice Stephani msto et in editis legitur *καὶ * εὐρεθείς*. Nullum vero spatium vacuum est in apographo Beur. et in codice Argent., quorum ope *παλαιός* in locum suum restitui. Igitur supersedemus coniecturis editorum, quorum alii (Stephan.) *καὶ ἀρχαῖος εὐρ.*, alii (Maran.) *καὶ ἐν χρόνῳ εὐρ.*, alii (Boehl. et Hefel. edd. 1. 2) *καὶ ἐν σαρκὶ εὐρ.* ad explendam lacunam commendarunt. Mecum fecit Hefeleus (ed. 3). — Pro *ἄδεται* Maranus *ἄδεται* et Boehlius *ἄδεται*. — Negationem *μὴ* ante *λυπῶν* Morellus manifesto errore omisit. Unde Maranus, Boehlius, Olshausenius, Hefeleus (edd. 1. 2), Grenfellus pro ea substituerunt *οὐ* contra codices mstos. — De ultimis capitis verbis Hengelius haec monuit: „Vide an articulus *τῶν* in pronomen *τούτων* mutandus et haec orationis distinctio facienda sit: *Ὅσα γὰρ . . . ἐξεπιεῖν μετὰ πόνον ἐξ ἀγάπης, τούτων ἀποκαλυφθέντων . . . κοινωνοί*. Sed sic quidem vereor ut auctori sua omnino restituta sint.“ Vid. Adnott. exegeticas.

Caput XII. Ante *γενόμενοι* Maranus putavit articulum *οἱ* delendum esse. Mox pro *τροφῆς* fortasse (Hoffmann.) *τρούγης* scribendum. Infra *τρουγήσεις*. Non muto. — Pro *ἄνευ ἀληθείας προστάγματος* alius legerit *ἄνευ ἀγάπης προστάγματος*. — Apographon Beur. non *ὑπὸ τοῦ ὄφους*, sed *καὶ ὑπὸ τοῦ ὄφους*. Sylburgius malit *ὑπὸ δὲ τοῦ ὄφους*. Non muto. Mox pro *μὴ* Stephanus, Sylburgius, Morellus solam literam *μ* dederunt: posterior enim litera voculae *μὴ* legi non potuit in codice msto, quem Stephanus ad editionem adhibuit. Reddiderunt: „ob amorem vitae.“ Confirmatur autem negatio codice Argent. et apographo Beur. Respondet statim commation *ζωὴν ἐπιζητῶν*. — Pro *ἦτοι σοι* apographon Beur. *ἦτω οὖν σοι*. — Tum editi *καρπὸν * ῥῶν*. Sic enim legit Stephanus in veteri codice suo msto. Apographon Beur. habet *καρποῦ ἔρῶν*, fructum cupiens. Idem Stephanus scribendum coniecit, nisi quis *καρπῶν ἔρῶν* mallet. Sylburgius et Maranus putarunt non minus aptum esse *καρπὸν ἐκπληρῶν*, fructum perficiens seu ad iustam maturitatem perducens. Boehlius proposuit *καρπὸν χωρῶν*, scil. *ἐν τῇ καρδίᾳ*, vel *συντηρῶν* vel, id quod Hefeleus (edd. 2. 3) recepit, *φανερῶν*. Quid? In codice Argent. ante *ῥῶν* exciderunt duae tantum literae: in quarum locum secunda manus

syllabam *ευ*, quamquam non satis perspicue, substituit. Equidem vero, ut hoc duarum literarum spatiolum expleretur, nolui *καρπὸν εὐρών* (assecutus) scribere, quia accentus obstat in posteriori syllaba (*ρῶν*), sed censui *καρπὸν αἰρῶν* (assequens) reponendum esse. Vid. Adnott. exegeticas. — Pro *παρὰ θεῶν* tu fortasse legeris *παρὰ θεοῦ*: a deo. Dein apographon Beur. non *ποθούμενα* praebet sed *πορούμενα* corrupte. — *Καὶ κηροὶ συνάγονται* codices msti et editi. Sed vox *κηροὶ* suspecta est Stephano, et quidem eo magis quod non satis evidenter in vetusto codice msto legatur. Sylburgius coniecit *καιροί*, ut *αἱ κατὰ τρεῖς τοῦ ἐνιαυτοῦ καιροὺς τελούμεναι ἑορταὶ* seu *πανηγύρεις* (*Exod. XXXIV. 23. 24. Deuter. XVI. 16*) intelligendae sint. Maluit Maranus *χοροί*, „chori congregantur,“ idque Hefeleus (edd. 2. 3) in textu collocavit. Etiam interpretes Campidonensis et Karkerus.: „Chöre sammeln sich.“ Sic Hoffmannus quoque, licet *κηροὶ* mecum ediderit. Vid. Adnott. exegeticas. — Pro *ἀρμόζονται* (Hefel. edd. 2. 3), quod Sylburgius (iam Beurer. *coniunguntur*) commendavit, vulgo *ἀρμόζεται* legitur.

II. ADNOTATIONES EXEGETICAE.

Caput I. Diognetus, Christianorum valde admirans virtutes ideoque religionis eorum cognoscendae cupidissimus, quaesierat, in quo deo fiduciam collocantes et mundum et mortem contemnerent, cur Gentilium deos non colerent ac religionem aspernarentur Iudaeorum, quonam mutuo amore inter se affecti essent, cur nova haec res tam sero esset in mundum introducta.

Quinam *Διόγνητος* fuerit, in Prolegomenis §. 21 exposui. Honorifico ornatur epitheto *κράτιστε*, de quo ibidem §. 22 adeas. — *Τὴν Θεοσέβειαν* Henr. Stephanus reddidit *divinum cultum*, in qua interpretatione verbum verbo redditur. Beurerus *religionem* dedit. Vocabulo illo scriptor proprie de cultu utitur unius verique dei. Unde adiicit *τῶν Χριστιανῶν*. C. 3: *μωρίαν εἰκὸς μᾶλλον ἡγοῦντ' ἄν, οὐ Θεοσέβειαν*. C. 4: *τίς ἂν Θεοσεβείας καὶ οὐκ ἀφροσύνης πολὺ πλεον ἡγήσεται τὸ δεῖγμα; Ibidem: τὸ δὲ τῆς ἰδίας αὐτῶν Θεοσεβείας μυστήριον μὴ προσδοκῆσης δύνασθαι παρὰ ἀνθρώπων μαθεῖν*. C. 6: *ἀόρατος δὲ αὐτῶν ἡ Θεοσέβεια μένει*. Sic auctor quoque *Cohortationis ad Gentiles*, ubi non addit *τὴν ἡμετέραν*, cum adiectione *τὴν τελείαν καὶ ἀληθῆ Θεοσέβειαν* (cc. 1. 5. 25) vel *τὴν ὁρθῆ* (cc. 36. 37. 38) dicit. Inde Christianos *Θεοσεβεῖς* (c. 14) nuncupat. Gentilium autem religionem *τὴν ψευδῶν ἡμῶν Θεοσέβειαν* (c. 1) appellat. Is vero etiam vocabulum minus proprie de gentili religione usurpat, nihil adiungens, idque non ibi tantum ubi in Gentilium persona loquitur, ut c. 2: *Τίνας τοίνυν, ὦ ἄ. Ἐ., τῆς Θεοσεβείας ὑμῶν διδασκάλους εἶναι φατε; sed et alibi, ut c. 1: πρῶτον μὲν τοὺς τῆς Θεοσεβείας ἡμῶν τε*

καὶ ὑμῶν ἐξετάσαι διδασκάλους. Pariter Noster verbum θεοσεβεῖν de Iudaeis c. 3 init. dicit. Quamquam autem a Christianis ad Gentiles θεοσέβεια transferebatur, alia tamen, quae de Gentilibus vel de Iudaeis pronuntiantur, ad Christianos aut perraro transferebantur, ut θρησκεία, aut nunquam, ut δεισιδαιμονία. — Formula σαφῶς καὶ ἐπιμελῶς respondet platonicae *De rep.* I. p. 336 σαφῶς καὶ ἀκριβῶς. Illud ad perspicuitatem referas percontationum, quas quod formam singularum attinet Diognetus planis verbis posuerit; hoc ad accuratorem, quandoquidem ille de quavis re percontatus sit scitu digna. Mox interrogationes ipsae enumerantur: τίτι τε θεῶ κτλ. Ad haec vero non spectat praecedens περὶ αὐτῶν (Hoffmann: „dar über, an welchen Gott sie glauben“), sed cum pronomine gen. masc. αὐτῶν subaudias τῶν Χριστιανῶν. — Verbo θρησκείοντες scriptor utitur tamquam eo ipso quo Diognetus usus sit. Videsis quae supra ad τὴν θεοσέβειαν observavi. C. 2 de Gentilibus: αἵματι καὶ κνίσαις αὐτοὺς θρησκεύετε. C. 3 de Iudaeis: τοῖς προειρημένοις ὁμοιοτρόπως τὴν θρησκείαν προσάγουσιν αὐτῶ. — Κόσμον ὑπερορῶσι Prolegg. §. 15. Iste mundi contemptus apud Christianos imprimis inde cognoscebatur quod χρημάτων et κτημάτων πόρονς minime curarent, ut Iustinus *Apol.* I. c. 14 ait. Multis idem locis testatur mortem illos non timuisse: I. c. c. 11 ἀναιροῦντων οὐ πεφροντίκαμεν, c. 39 ἡδέως ὁμολογοῦντες τὸν Χριστὸν ἀποθνήσκομεν, c. 57 οὐ γὰρ δεδοίκαμεν θάνατον. Exempla huius rei exstant *Apol.* II. c. 2 et *Act. martyr. S. Iust. et socc.* c. 5. Clarissimus autem est locus de martyrum constantia eiusque fonte *Apol.* II. c. 12: ubi a me adnotata (n. 1) legas. Cf. infra c. 7: [οὐχ ὀρῆς] παραβαλλομένους θηρίοις, ἵνα ἀρνήσονται τὸν κύριον, καὶ μὴ νικωμένους; — Voce τῶν Ἑλλήνων, latiori sensu usurpata, in universum Gentiles sive Ethnici designantur. C. 5: Ὑπὸ Ἰουδαίων ὡς ἀλλόφυλοι πολεμοῦνται, καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων διώκονται. Quocirca Hieronymus *De vir. illustr.* c. 23 dubium Iustini tractatum, cui titulus Πρὸς Ἑλληνας, dicit Orationem „ad Gentes.“ Photius *Biblioth.* c. 125: κατὰ τῶν ἐθνῶν. Christiani, quod deos Gentilium non colerent, ἄθεοι ab iis vocabantur. Καί, Iustinus ait *Apol.* I. c. 6, ὁμολογοῦμεν τῶν τοιούτων νομιζομένων θεῶν ἄθεοι εἶναι, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ ἀληθεστάτου . . . θεοῦ. — Vocabulum δεισιδαιμονίας, ut supra monui, nunquam a Christianis ad suam rem transferebatur. In *Cohortatione ad Gent.* c. 36 Gentilium δεισιδαιμονία memoratur. Proprie est daemorumve metus superstitiosus. Cf. *Steph. Thes. gr. ling.*, ed. Hase, Vol. II. p. 964. Hic, ubi Diogneti percontationes enumerantur, videtur generaliter de religione usurpari, ut interdum Latinorum *superstitio*. Cicero *De divin.* I. c. 42 et Iustinus *Histor.* XXI. c. 3. Certe vero auctor ipse Epistolae c. 4 illud specialiter adhibet in malam partem: scilicet, id quod minime offendit, ad sabbatismum restringit, ut designet circa eum superstitionem. — Φιλοστοργίαν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους Prolegg. §. 15. — Καινὸν τοῦτο γένος ἢ ἐπιτήδευμα εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον νῦν ibid. §. 8. Vox ἐπιτήδευμα accuratius definit γένος antecedens. Ad γένος animo suppleri potest ἀνθρώπων, ita ut ἐπιτήδευμα ad eorum θεοσέβειαν spectet. Sic Thucydides (VII. c. 86) ἐπιτήδευμα retulit εἰς τὸ θεῖον. Stephanus interpretatus est: „in consuetudinem venire nunc coeperit.“ Beurerus: „hoc demum tempore in mundo exortum sit.“ Ἐξέρχεται εἰς τὸν βίον est omnino nostrum in's *Leben* (Dasein) treten. — Ἀποδέχομαι γε τῆς προθυμίας

σε ταύτης Stephanus caeterique editores verterunt: „acceptum habeo tuum hoc desiderium.“ Boehlius et Heseleus cum genit. τῆς προθυμίας ταύτης subaudierunt ἕνεκα. Sed nota est verbi ἀποδέχασθαι structura. Dio Chrysostomus *Orat.* LXXII. (ed. Emper. P. II) p. 734: τῆς συμβουλῆς ἀποδέχασθαι τὴν γλαῦκα, h. e. propter consilium laudare. Similiter αἰνεῖν τινά τινος, e. c. ξένον προθυμίας ap. Eurip. *Iphig. Aul.* 1381. — Καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ usque ad ὡς μὴ λυπηθῆναι τὸν εἰπόντα proxime accedunt ad verba *Cohortationis ad Gentl.*, incipientis sic: Ἀρχόμενος τῆς πρὸς ὑμᾶς παραιρέσεως, ὧ ἄ. Ἐ., εὐχομαι τῷ Θεῷ ἔμ οἱ μὲν ὑπάρξαι τὰ δεόντα πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, ὑμᾶς δὲ τῆς προτέρας ἀφιμένους φιλονεικίας καὶ τῆς τῶν προγόνων πλάνης ἀπαλλαγέντας ἐλέσθαι τὰ λυσιτελοῦντα νῦν. Quibus exordium videtur Demosthenicae orationis *Περὶ στεφάνου* imitando exprimi: *Πρῶτον μὲν*, ὧ ἄ. Ἀ., τοῖς Θεοῖς εὐχομαι κτλ. Particula μάλιστα ad βελτίω γενέσθαι pertinet: quam maxime emendari. Verba ὡς μὴ λυπηθῆναι τὸν εἰπόντα duplicem sensum admittunt. *Λυπεῖν* enim, ut *contristare* (*kränken*), valet et tristitia (dolore) et incommodo (detrimento) afficere. Quodsi hic ad animi molestiam refers, οὕτως ἀκοῦσαι est i. q. cum eo fructu audire; si ad externam molestiam, illud est i. q. eo animo audire.

Caput II. Ad illas Diogneti interrogationes respondens Epistolae auctor, ordine tamen rerum enarrandarum paullulum immutato, primum exponit uberius, quid sit cur Christiani ab isto qui inter Gentiles pariter atque Iudaeos invaluerit divino cultu recte abstineant. Prius vero, quam ad interrogationes accedit dissolvendas, Diognetum graviter adhortatur ut mentem ab opinionibus praeiudicatis purget fiatque velut ab initio novus homo, novam quum sit doctrinam auditorus. Ad Gentiles autem quod attinet, vehementer perstringit eorum dementiam, qui deos ex materia corruptioni obnoxia factos et sensu carentes eamque ob causam quovis honore indignos adorent. Scriptor in hac disputatione adversus cultum Gentilibus usitatum minime subtilitate utitur philosophica, qualis apud alios Patres deprehenditur: in ea tantum oculos coniecit quae vita praebebat et consuetudo quotidiana. Cf. Prolegg. §. 11.

Καθάρας σεαυτὸν usque ad ἀκροατῆς ἐσόμενος coll. *Ephes.* IV. 20—24: ὑμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἐμάθετε τὸν Χριστόν, εἴ γε αὐτὸν ἠκούσατε καὶ ἐν αὐτῷ ἐδιδάχθητε καθὼς ἐστιν ἀλήθεια ἐν τῷ Ἰησοῦ, ἀποθέσθαι ὑμᾶς κατὰ τὴν προτέραν ἀναστροφὴν τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον τὸν φθειρόμενον κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τῆς ἀπάτης, ἀνανεοῦσθαι δε τῷ πνεύματι τοῦ νοῦς ὑμῶν καὶ ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι τῆς ἀληθείας. *II Cor.* V. 17 καινὴ κτίσις. *Συνήθειαν* (*De monarch.* c. 1. p. 124. D.) vocat scriptor opinionem consuetudine receptam. Ἀποσκευασάμενος: tamquam onus aliquod seu impedimentum. Particula ὡς cum participio futuri est *quia* vel *quum* cum verbo finito: *utpote*. Cf. Astii *Lexic. Platon.* Vol. III. p. 585. — Verba τίνος ὑποστάσεως ἢ τίνος εἶδους in sequentibus explicantur. Ad ὑπόστασιν enim, h. e. *substantiam* (d. Wesen), pertinent Οὐχ ὁ μὲν τις usque ad κεχαλκευμένα; Ad εἶδος autem, h. e. *formam* (die Gestalt), spectant Οὐχ ὑπὸ σιδήρου usque ad οὐ πάντα φθειρομένα; Illustratur illud ὑπόστασις paullo post vocabulo ὕλης, et εἶδος infra vocabulo μορφῆς, ubi scriptor etiam participio μεταμορφωμένον utitur.

Tum quae sequuntur, *Ταῦτα θεοὺς καλεῖτε . . . τούτοις προσκυνεῖτε*, verbis respondent οὗς ἐρεῖτε καὶ νομιζετε θεοὺς. — Ἦδη καὶ σεσηπὸς „Holz das bereits sogar verfault ist.“ — Οὐχ ὑπὸ σιδήρου καὶ πυρὸς κεχαλκευμένα; H. e. „Nonne ferri et ignis ope fabricata sunt?“ Θεοὶ notantur iam memorati. Scriptor autem neutro usus est *κεχαλκευμένα* pro masculino (Matthiae *Ausf. gr. Grammat.* ed. 2. p. 828. 833), ut antea *ταῦτα πάντα* et mox ὁ μὲν αὐτῶν κτλ., quia simul simulacra deorum respicit. *Σίδηρον, ferrum*, iam inter illa enumeravit quae artifices pro materia habent. Hic autem non ἐκ σιδήρου dicit sed ὑπὸ σιδήρου: ferrum vocans instrumenta ferrea. — Verba Οὐχ ὁ μὲν αὐτῶν λιθοξόος, ὁ δὲ χαλκός, ὁ δὲ ἀργυροκόπος, ὁ δὲ κεραμεὺς ἐπλασεν venuste respondent commatiis antecedentibus: Οὐχ ὁ μὲν τις λίθος ἐστίν . . . ὁ δ' ἐστὶ χαλκός . . . ὁ δὲ ἀργυρός . . . ὁ δὲ ὄστρακον. Atque illud ὑπὸ σιδήρου καὶ πυρὸς convenit praecedenti ὁ δὲ ξύλον et ὁ δὲ σίδηρος. Lignum enim instrumentorum ferreorum (e. g. asciae) ac ferrum ignis operam requirit. — Verba Οὐ πρὶν ἢ ταῖς τέχναις κτλ. hoc sibi volunt iuxta sententiarum nexum: Antequam illa (lapis, aes etc.: supra enim Οὐχ ὁ μὲν τις λίθος ἐστίν κτλ.), ex quibus deorum simulacra constant, artificum artibus (ταῖς τέχναις τούτων scil. τῶν τεχνιτῶν, nempe λιθοξόου, χαλκός etc.) formas deorum (τὴν μορφήν τούτων scil. τῶν θεῶν) quos repraesentant induerunt, singula a singulis artificibus (λίθος a λιθοξόῳ, χαλκός a χαλκεῖ etc.), id quod adhuc fit, transformabantur, h. e. in formam ipsis destinatam redigebantur (vel, si mavis, redigenda erant), quo fit ut ea beneficium sit artificum. Quare scriptor addit: Iidem artifices vasa eiusdem materiae, usibus vitae destinata, possunt in formam simulacrorum deorum redigere et versa vice simulacra in vasa transformare. Formula πρὶν ἢ cum infinitivo aoristi exstat *Apol.* I. cc. 23. 31, *Dial. c. Tr.* cc. 66. 77, *De resurr. c.* 1. Cf. Winer *Gramm. d. neutest. Sprachidioms* ed. 4. p. 304. — Ὁμοῖα τοιούτοις, h. e. τοῖς εἰς τὴν μορφήν τούτων (deorum) ἐκτυποθεῖσιν. — Πάλιν: rursus, *hinwiederum*. — *Ταῦτα θεοὺς καλεῖτε, τούτοις δουλεύετε, τούτοις προσκυνεῖτε*. Gradatio. In verbo προσκυνεῖν ad quemdam respicitur honorem qui exhibetur, maiorem quam quum δουλεύειν dicitur, scilicet ad adorationem seu venerationem. Nam cui quis servitute servit, non protinus eum adorat quoque aut veneratur. Ac legimus quidem aliquod adorationis genus imperatoribus romanis exhibitum esse: sed Christianos ab ista scimus abhoruisse. Quod ex Iustini *Apologia* I. c. 17 discimus; nam ibi, posteaquam Christi verba *Ἀπόδοτε οὖν τὰ Καίσαρος τῷ Καίσαρι κτλ.* citavit, subiungit: *Ὅθεν θεὸν μὲν μόνον προσκυνοῦμεν, ὑμῖν δὲ πρὸς τὰ ἄλλα χαίροντες ὑπηρετοῦμεν.* — Τέλεον non valet tandem, endlich (interpr. Campid., Karker.), sed i. q. τελέως (plane, prorsus). Cf. *Apol.* I. c. 62. not. 3. Particula δὲ difficultatem nullam habet; efficit ut emineat sententia (*Tit.* I. 1). Verbis autem τέλεον δ' αὐτοῖς ἐξομοιοῦσθε scriptor, ut in Prolegg. §. 11 et 12 observavi, evidenter alludit ad imprecationem *Psalmi* CXIII. 8 in idolorum cultores factam: *Ὁμοιοὶ αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς.* Sensus: Qui res inanimatas et caducas colunt, perinde ac res istae sensu privati et corruptioni obnoxii sunt, h. e. vera aeternaque vita carent. C. 3: *τοῖς ἀναισθήτοις καὶ κωφοῖς προσφέροντες οἱ Ἕλληνες ἀφροσύνης δεῖγμα παρέχουσι.* Iustinus, ad eundem

Ps. (v. 5. 6) respiciens, in *Dial. c. Tr. c. 69* ait: τοῖς ἐρήμοις γνώσεως θεοῦ, λέγω δὲ τοῖς ἔθνεσιν, οἳ καὶ ὀφθαλμοὺς ἔχοντες οὐχ ἑώρων οὐδὲ καρδίαν ἔχοντες συνίεσαν, τὰ ἐξ ὕλης κατασκευάσματα προσκυνούντες. — Ἐὰρ particula rationem affert sententiae non expressae sed intellectae, velut: „Christiani perperam odio vobis sunt.“ Cf. *Dial. c. Tr. c. 19. not. 1.* — Οἱ νῦν νομίζοντες καὶ οἰόμενοι scil. τούτους θεούς, hos esse deos. Inde cum καταφρονεῖτε subaudiendum videtur esse τούτων, h. e. θεῶν, ut αὐτῶν a comparativo pendeat: *nullo magis quam illi* (Christiani). Potest vero etiam pronomen αὐτῶν ad καταφρονεῖτε pertinere (eos, h. e. deos, *contempnitis*), ut ad πολὺ πλεόν supplendum sit τῶν Χριστιανῶν, praesertim quum statim dicatur: Οὐ πολὺ μᾶλλον (quam Christiani) αὐτοὺς (deos) χλευάζετε —; Vocula νῦν, quae praecedit, offensionem non praebet. Scriptor namque ita loquitur tamquam de iis quos aliquando sententiam mutatueros et ad veri dei cognitionem venturos (coll. *Dial. c. Tr. cc. 69. 130*) spes nulla non sit. Caeterum observes gradationem: καταφρονεῖτε, χλευάζετε, ὑβρίζετε. Stephanus: „Dionysii factum a scriptore commemorari potuisset, tanquam exemplum non modo contemptus deorum sed etiam irrisionis atque adeo iniuriae illis factae, quum invitis custodibus, si qui tamen custodes adhibiti erant, Iovi Olympio amiculum aureum detraxit, et laneum pallium huius loco ei iniecit, et Aesculapio Epidaurio barbam auream ademit.“ — Φύλακας παρακαθίσαντες, ἵνα μὴ κλαπῶσιν: ut supra τοῦ φυλάξαντος ἵνα μὴ κλαπῆ. Iustinus *Apol. c. 9*: Ὡς τῆς ἐμβρονησίας, . . . τῶν ἱερῶν, ἐνθα ἀνατίθενται, φύλακας τοιοῦτους καθιστάναι, μὴ συνορῶντας ἀθέμιτον καὶ τὸ νοεῖν ἢ λέγειν ἀνθρώπους θεῶν εἶναι φύλακας. — Quae sequuntur, Αἷς δὲ δοκεῖτε κτλ., capias sic: Ταῖς δὲ τιμαῖς, ἅς δοκεῖτε προσφέρειν κτλ. Illud ταῖς τιμαῖς est i. q. τῶν θρησκείων αὐτοὺς αἵματι καὶ κνίσαις. C. 4: Οἳ δὲ γε θυσίας αὐτῶ δι' αἵματος καὶ κνίσης καὶ ὀλοκαυτωμάτων ἐπιτελεῖν οἰόμενοι, καὶ ταύταις ταῖς τιμαῖς αὐτὸν γεραίρειν κτλ. Ergo: „Muneribus honorificis vero, quae ipsis, ut vos quidem putatis, offertis, eos magis, si quidem sapiunt, castigatis.“ Stephanus: „Verbo κολάζειν itidemque nomine κόλασις uti liberius videtur, ut sit illud pro λυπεῖν i. e. *molestia afficere*. Nisi quis malit hic κολάζετε interpretari: *malo afficitis*, et paulo post: ταύτης τῆς κολάσεως ἀνέξεται: *hoc malum patietur*.“ Ad ἐλέγχοντες editores omnes supplent ἀναισθητεῖν. Inde vertunt: „sin expertes sunt sensus, [huius rei] convincentes sanguine et nidoribus eos colitis.“ Beurerus ἐλέγχοντες interpretatur *ridiculo elencho*. Auctor vero, ut iam Boehlius animadvertit, scripsisset aptius ἐλέγγετε αἵματι καὶ κνίσαις αὐτοὺς θρησκεύοντες. Cf. *Dial. c. Tr. c. 132. not. 6*. Quare Hefeleus reddit; „sin expertes sunt sensus, [huius rei] eos convincitis, sanguine et nidoribus eos colentes.“ Quippe frui nequeunt sanguine et nidoribus. Quid? Magis apta erit sententia, si ἐλέγγειν hic eodem sensu capiatur, quo, ut unum saltem exemplum proferam, apud Homerum *Od. XXI. 424* comparet, ubi in nonnullis codicibus explicatur verbo ἀτίζειν. Similiter video Karkerum reddidisse: „fehlen aber die Sinne, so beschimpft ihr sie, mit Blut und Fettdampf sie ehrend.“ — Οὐκ οὖν τὴν αἰσθησιν αὐτοῦ ἐλέγγετε interpreteris: „Sane sensu eum praeditum esse non demonstratis.“ „In der That thut ihr nicht dar dass der Stein Gefühl habe.“ Eadem interpretationem meam Hefeleus (ed. 3) assensu probavit. Αὐτοῦ

h. e. τοῦ λίθου. Antea enim: ὁ δὲ λίθος ἀνέχεται. Etiam supra: Οὐχ ὁ μὲν τις (scil. τούτων οὓς ἐρεῖτε καὶ νομίζετε θεούς) λίθος ἐστίν. Statuae plurimorum deorum lapideae erant. Inde primo loco posuit scriptor et prae caeteris respexit, omnes simul cuiusvis materiae statuas mente comprehendens. Sensus: Vos (Gentiles) neutiquam demonstrare potestis sensum lapidi, h. e. simulacris diis vestris, inesse. — De optativo cum εἰ ... ἂν (Matthiae l. c. §. 525) exempla dedit Astius in *Lex. Plat.* Vol. I. p. 134. Poteris καὶ ad ταῦτα referre; cf. Plat. *De legg.* VI. p. 762. C: ὁ ... ἀποσυσιτήσας κἂν ἡγνιαοῦν ἡμέραν, ubi καὶ ad pronomen et ἂν ad participium pertinet.

Caput III. Castigat Epistolae scriptor porro stultitiam Iudaeorum, qui verum quidem deum agnoscant, ita tamen offerant ipsi sacrificia quasi iis indigeat (c. 3), quique sola legis caerimonialis (ciborum, sabbatorum, circumcisionis, ieiunii, novilunii) observantia opinentur se deo acceptos esse. Inde concludit Christianos merito abhorrere et a Gentilium vanitate et a Iudaeorum curiositate (c. 4). Hic quoque, ut in cultu Gentilium impugnando (c. 2), auctor Epistolae in ea tantum oculos coniecit quae vita quotidiana offerebat. Cf. Prolegg. §. 12.

De verbo θεοσεβεῖν cf. not. ad τ. θεοσέβειαν c. 1. Αὐτούς h. e. Χριστιανούς. In pronuntiatione quae sequitur, Ἰουδαῖοι τοίνυν κτλ., opponuntur sibi voces εἰ μὲν et εἰ δέ. Maranus aliique (Hefel. edd. 1. 2., interpr. Campid., Karker.) illud εἰ μὲν temere eodem modo acceperunt atque εἰ καί, etsi seu quamvis. Similiter Boehlius, qui locum sic solvit: „Iudaei cum ab hac quidem, quam supra memoravi, deorum veneratione abstineant, sic tamen, ut eundem cum iis, quos supra dixi, cultum deo exhibeant, in errore versantur.“ Quid? Ad prius membrum apodosis supplenda est: ὁρθῶς sive εὖ (δὴ) φρονοῦσι, vel simile quidpiam. Assentitur Hefeus in editione tertia. Huiusmodi ἀνανταπόδοτα apud graecos scriptores, veteres aequae ac recentiores, saepe occurrunt: potissimum (Hermann. ad *Viger.* ed. 4. p. 509) post εἰ μὲν, sequente εἰ δέ. Xenophon *Memor. Socr.* III. c. 1. §. 9: Εἰ μὲν τοίνυν ... ἐδίδαξεν (scil. καλῶς ἔχει)· εἰ δὲ μὴ κτλ. Vid. Herbstium ad h. loc. et Krügerum ad *Anab.* VII. c. 7. §. 15. Lucas in *Evang.* XIII. 9: Κἂν μὲν ποιήσῃ καρπὸν (scil. καλῶς ἔχει)· εἰ δὲ μήγε κτλ. Vid. Meyerum (ed. 2) ad h. loc. et Lamb. Bosium *Ellipss. graecc.* ed. Schaef. p. 803 ss. Illud εἰ cum indic. in re certa dicitur, ut hic idem valeat quod ἐπεὶ in vulgari loquendi more. Cfr. Herbst ad Xenoph. *Memor. Socr.* IV. c. 3. §. 12 et de Wette ad *Ev. Ioann.* (ed. 3) XIII. 17. De formula ὡς θεὸν σέβειν vid. Adnott. criticas. Neque φρονεῖν cum accusativo insolenter dictum est, ut docent Lexica. Ad τῶν πάντων, quod omnes editores male pro neutro habent, animo supple θεῶν. Articulus enim appositus (τῶν) indicat omnes eiusdem generis. Cf. Bretschneideri *Lexic. man. in Nov. Test.* (ed. 3) p. 319. Sententia verbis Iustinianis explicatur in *Dial. c. Tr.* c. 55: Προφητῆται πολλάκις λέγουσιν ὅτι Ὁ θεός σου θεὸς τῶν θεῶν ἐστι καὶ κύριος τῶν κυρίων. (*Deuter.* X. 17; coll. *Ps.* XLIX. 1: Θεὸς θεῶν κύριος ἐλάλησε. — *Dial. c. Tr.* c. 22. p. 74. D) ... Οὐ γὰρ ὡς ὄντων θεῶν ταῦτα λέγεται, ἀλλ' ὡς τοῦ λόγου διδάσκοντος ἡμᾶς ὅτι τῶν νομιζομένων θεῶν καὶ κυρίων ὁ τῶ ὄντι θεός, ὁ τὰ πάντα ποιήσας, κύριος μόνος ἐστίν. Adeas insuper interpretes ad *Hebr.* VII. 1. Itaque vertas: „und [wenn sie] als

Gott Einen unter den sämtlichen (= lediglich Einen) verehren und als Herrn denken (= annehmen) wollen.“ — Δείγμα (cc. 4. 7) Prolegg. §. 15. *Εἰκός* (seu *ἰκός*) Hesychio est *τάχα*, *ἴσως*, *forsan*. Etiam *Etymolog. Magnum* (ed. Gaisf. p. 297): λαμβάνεται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ *τάχα*. Est igitur (cum *ἄν* et optat., = *vielleicht wohl*) cum quadam urbanitate positum, ad notionem *μωρίας* temperandam. Minime necessarium est cum Boehlio ad ἡγοῖντ' ἄν supplere *παρέχειν*, „ut *μωρίαν παρέχειν* sit i. q. *μωρίας δείγμα παρέχειν*.“ Simile huic dicto est illud c. 4: *Τίς ἄν Θεοσεβείας καὶ οὐκ ἀφροσύνης πολὺ πλεόν ἡγήσεται τὸ δείγμα*; Codex Argent. in margine praebet glossam a muribus ex parte corrosam: *ὅτι ὁ Θεὸς . . . δεῖς ἔστ' . . . οὐδὲνο . . . προσφ . . . αὐτῷ . . . ὡς . . . εἶρηκ . . . γὰρ ἐκῶν . . . ρῶν ἰμῶ . . . ἐξήτησε*. Pleraque facile explere poteris. — *Ὁ γὰρ ποιήσας* usque ad *παρέχει* αὐτός coll. *Act. apost. XVII. 24. 25*: *ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχων κύριος οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται προσδεόμενος τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσιν ζωὴν καὶ προῆν καὶ τὰ πάντα*. Optativus *προσδέοιτο* cum *ἄν* particula in re certa hinc cum quadam ironia dicitur: „Der welcher . . ., dürfte doch wohl selbst Nichts von dem nöthig haben, was er deneu welche zu spenden wännen selbst darreicht.“ Vituperantur Iudaei eo nomine quod opinentur deo sese sacrificia offerre „tamquam indigenti.“ — De verbis *οἱ δὲ γε θυσίας* usque ad *γεραίρειν* in Prolegg. §. 9 disputavi. *Ταύταις ταῖς τιμαῖς* h. e. *his muneribus honorificis*. C. 2: *Αἷς δὲ δοκεῖτε τιμαῖς προσφέρειν . . . αἵματι καὶ κνίσαις αὐτοὺς θρησκεύετε*. *Φιλοτιμία* non est i. q. *honor* (Stephan., Maran., Hefel.), sed *contentio* seu *municipentia*. Nos: „scheinen sich keineswegs von denen zu unterscheiden welche gegen die stummen Götzen, die doch für diese Ehre unempfänglich sind, dieselbe eifrige Bemühung zeigen“ sive „dieselbe Freigebigkeit an den Tag legen.“

Caput IV. Pergit scriptor Epistolae, ut supra monui, ad ea quae lex Iudaeorum praeter sacrificia praescribat: circa cibos, sabbata, circumcissionem, ieiunium, novilunium.

Ἀλλὰ μὴν γε particulae cum affirmatione quadam dicuntur quum ad aliud argumentum transitur. Cf. Herbst ad Xenoph. *Memor. Socr. I. c. 1. §. 6*. — *Ψοφοδεές* Stephanus reddidit *meticulosam cautionem*, Beurerus *nimum metum*. Cf. Pape *Handwörterb. d. griech. Sprache* s. v. Tom. II. p. 1326. De voce *δεισιδαιμονίας* c. 1 adeas. — *Ἀλαζονείας* scriptor infra quoque, in fine huius capituli, Iudaeos accusavit: vide ibi observata. *Εἰρωνείαν* dixit tamquam de iis qui ludificarentur etiam per simulationem religionis, quam in celebrandis ieiuniis ac noviluniis constituerent. Boehlius ante voces *τῆς νηστείας καὶ νομηνίας* putat *περὶ* supplendum esse. Tum etiam ante *τῆς περιτομῆς* praepositio supplenda esset. Sed vid. Matthiae *Ausf. griech. Gramm.* (ed. 2) §. 342. — *Οὐδενὸς ἄξια λόγον* non i. q. „welche alles vernünftigen Grundes entbehren“ (Hoffmann.), sed: „welche keine Berücksichtigung (Beachtung) verdienen.“ Cf. Pape l. c. Tom. II. p. 57. — Ait scriptor: *νομίζω σε χορῆζειν παρ' ἐμοῦ μαθεῖν*. Ideoque in sequentibus persequitur res modo indicatas, ita quidem, ut 1°. sententia *Τὸ τε γὰρ κτλ. πῶς θέμις ἐστὶ* referatur ad τὸ *περὶ τὰς βρώσεις ψοφοδεές*. 2°. *Τὸ δὲ καταπεύδασθαι κτλ. πῶς οὐκ ἀσεβές* ad τὴν

περὶ τὰ σάββατα δεισιδαιμονίαν. 3°. Τὸ δὲ καὶ τὴν μείωσιν κτλ. πῶς οὐ χλεύης ἄξιον ad τὴν τῆς περιτομῆς ἀλαζονείαν. 4°. Τὸ δὲ παρεδρεύοντας κτλ. οὐκ ἀφροσύνης πολὺ πλεόν ἠγγήσεται τὸ δείγμα ad τὴν τῆς νηστείας καὶ νουμηνίας ἐρωονείαν. — Particulae τε γὰρ in principio enuntiationis haud insolenter usurpatae sunt. Cf. Klotzium ad *Devar.* Vol. II. p. 749 ss. Exemplum habes *De resurr.* c. 8: *Εἴ τε γὰρ κατὰ Ἰλλάτων κτλ.* — Τὸ δὲ παρεδρεύοντας κτλ.: Codex. Argent. in marg. hanc praebet notam: ὅτι παρήδρευον ἑβραῖοι ἄστροις καὶ σελήνῃ καὶ τὰς παρατηρήσεις αὐτῶν ἐφύλα[σσον]. Significat παρεδρεύειν τι, ut *I Corinth.* IX. 13 (ed. Lachm. et Tischend.), *versari in aliqua re, bei etwas beschäftigt sein.* Igitur minus recte latini interpretes: *quasi assidentes.* Ἄστροις, ut Boehlius recte animadvertit, eo refertur quod Iudaei, a nocturno tempore diem latiori sensu sic dictum (*νυχθήμερον*) inchoantes, initium diei adeoque etiam sabbati et dierum festorum in ortu stellarum statuunt, hoc modo, ut, quum tres stellae mediocris magnitudinis comparuerint, noctem esse dicant: quum duae, tempus esse quod vocant inter soles: quum una, diem proprie sic dictum nondum exiisse contendant. Quapropter haec lex apud Iudaeos obtinuit: quicumque die Veneris exeunte, circa initium sabbati, stellis tribus mediocribus conspectis operatus fuerit, eum peccasse adeoque teneri sacrificio piaculari offerendo: qui visis duabus, quum dubitetur utrum dies sit an nox, teneri eum victimae pro delicto dubio immolandae: qui conspicata una, hunc liberum esse a sacrificio. Additur καὶ σελήνῃ. Lunam enim observabant noviluniorum celebrandorum causa. Itaque παρατήρησιν τῶν μηνῶν ποιεῖσθαι pertinet ad παρεδρεύοντας σελήνῃ, et π. τῶν ἡμερῶν π. ad παρεδρ. ἄστροις. Est enim loquendi genus quod grammatici χιασμὸν vocant. Τὴν παρατήρησιν τῶν μηνῶν καὶ ἡμερῶν ποιεῖσθαι coll. *Galat.* IV. 10: ἡμέρας παρατηρεῖσθε καὶ μῆνας. Tum οἰκονομίαι Θεοῦ sunt ordinationes in mundo a deo factae; et hic quidem tempestatum vicissitudines a deo dispositas significat, quae statim definitius dicuntur καιρῶν ἀλλαγαί. — Ἄς μὲν εἰς ἑορτάς: Huc referenda sunt Iudaeorum festa maiora, Paschatos, Pentecostes, Tabernaculorum, quae in ipsas tempestatum mutationes incidebant; quibus addi potest dies festus ineuntis anni. Ἄς δὲ εἰς πένθη: Dies expiationis (*Levit.* XXIII. 27—32) luctu celebrabatur, maxime ieiunio agendo; unde factum est ut diceretur νηστεία, ieiunium magnum. Id iam Boehlius observavit. Cum verbis τίς ἂν θεοσεβείας κτλ. comp. c. 3: μωρίαν εἰκὸς μᾶλλον ἤγουντ' ἂν, οὐ θεοσεβείαν. Particula ἂν cum futuro indic. (ἠγγήσεται) haud omnino inusitate dicitur. Cf. Schaeferum ad *Gregor. Cor.* p. 66, Lobeckium ad *Phryg.* p. 733 s., Iacobsium ad *Achill. Tat.* p. 780. — Auctor omnia una comprehensione complectens concludit Christianos recte abstinere non solum a Gentilium vanitate et errore (c. 2) sed etiam a Iudaeorum curiositate et iactantia (cc. 3. 4). Εἰκαιότης καὶ ἀπάτη (h. e. non impostura, ut interpretes dant, sed error: vid. Astii *Lex. Plat.* s. v.) vocatur κοινή, h. e. quam Gentiles inter se communem habent. Commentarii vicem obtinent verba in *Dial.* c. *Tr.* c. 110 obvia: ὅσον ἐφ' ὑμῶν (Iudaeis) καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἀνθρώποις (Gentilibus). Inspicias c. 1 ad vocem Ἑλλήνων adnotata. Deinde auctor, Iudaeos πολυπραγμοσύνης accusans, respicit ad curiosum eorum studium varia ad dei cultum pertinentia coacervandi. Ἀλαζονείας autem eosdem ita accusat, ut gene-

ralem eam constituere videatur, h. e. quam in omnibus legibus observandis exhibebant. Supra vero, capitis initio, ἀλαζονείαν illis obiecit in certa quadam re versantem: in circumcissione. Sic etiam paullo ante ἀλαζονεύεσθαι τὴν μείωσιν τῆς σαρκὸς vituperavit. — De verbis τὸ δὲ τῆς ἰδίας κτλ. Karkerus exposuit: „Damit soll gesagt sein: nur durch Gottes Gnade wird der Mensch in dieses Geheimniss eingeweiht, durch Theilnahme daran, durch Leben in der Gemeinschaft der Christen.“ Coll. *I Timoth.* III. 16: τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον.

Caput V. Codex Argent. in margine hanc offert notam a muribus paullisper corrosam: ἔνθεν περ[ὶ] Χριστιαν[ῶν] ἄρχεται[ι]. Finita de divino Gentilium et Iudaeorum cultu expositione transit auctor Epistolae ad describendam religionem Christianorum. Quorum potissimum vita sancte acta quum animos Gentilium ad se converteret reique novae conciliaret, christianos mores accuratissime depingit, ita quidem, ut insignem Christianorum animi candorem et vitae integritatem gravi oratione efferat. Totam enim eorum religionem non in rebus externis sed in spiritualibus ponens ostendit, quo modo rei christianae una eademque mens, posteaquam manifestam se fecerit, vitam ubique immutet et cunctas arctissime consociet nationes. — Cfr. Iustinus *Apol.* I. c. 14. (Prolegg. §. 15.) Eusebius *Praepar.* ev. I. c. 4: ὁ καὶ μάλιστα μέγιστον ἠγοῦμαι τεκμήριον τυγχάνειν τῆς ἐνθέου καὶ ἀποβόητου δυνάμεως τοῦ σωτήρος ἡμῶν. Paetz: *De vi quam religio christiana per tria priora saecula ad hominum animos, mores ac vitam habuit.* Gotting. 1799. Neander: *Allg. Geschichte d. chr. Rel. u. Kirche* (ed. 2) Sect. I. Tom. I. p. 118.

Verba Χριστιανοὶ γὰρ οὔτε γῆ οὔτε φωνῆ οὔτε ἔθει διακεκριμένοι τῶν λοιπῶν εἰσιν ἀνθρώπων argumentum continent quod per partes suas scriptor persequitur. Vocabulo autem ἔθει non illos mores designat qui ritus (ad religionem pertinentes: *Orat. ad Gent.* c. 1) a Latinis solent vocari; sed de consuetudinibus agit, quae sunt circa victum et vestitum et reliqua quae vita humana requirit. Nam paullo post dicit: τοῖς ἐγχωροῖς ἔθεισιν ἀκολουθοῦντες, ἐν τε ἐσθῆτι καὶ διαίτη καὶ τῷ λοιπῷ βίῳ. Illorum multa ex iis sunt quae ἀδιάφορα vocantur. Inde Stephanus transtulit: „neque *politicis* vitae institutis.“ Verba Οὔτε γὰρ που usque ad ἀσκοῦσιν rationem praecedentium suppeditant, ut iam Stephanus observavit. Quum enim dixisset Christianos nec γῆ nec φωνῆ neque ἔθεισιν a caeteris hominibus distinctos esse: rationem primi reddit, quod civitates sibi proprias non incolunt: secundi, quod sermone non utuntur qui ab aliorum sermone sit discrepans: tertii quod βίον παράσημον οὐκ ἀσκοῦσι, h. e. quia „vitae genus non habent quod re aliqua sibi peculiari sit notabile.“ Potest igitur reddi: „neque vitam re aliqua notabilem exercent.“ Vel: „vitam aliquā notā insignem.“ Perinde est, ut idem Stephanus advertit, ac si dixisset: βίον ἔθεισιν διακεκριμένον τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, sicut modo dixit eos non esse ἔθεισιν διακεκριμένους τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων. — Ad verba Οὐ μὴν ἐπινοία τινὶ καὶ φροντίδι πολυπραγμόνων ἀνθρώπων μάθημα τοῦτ' αὐτοῖς ἐστὶν εἰρημένον, οὐδὲ δόγματος ἀνθρώπινου προεστᾶσιν, scriptor infra c. 7 respicit, ubi revertitur ad sententiam hic pronuntiatam: Οὐ γὰρ ἐπίγειον, ὡς ἔφην (nostro loco), εὐρημα τοῦτ' αὐτοῖς παρεδόθη, οὐδὲ θνητῶν ἐπινοίῳν φυλάσσειν οὕτως ἀξιοῦσιν ἐπιμελῶς κτλ. Unde patet illud τοῦτ' αὐτοῖς ἐστὶν εἰρημένον

idem significare atque τοῦτ' αὐτοῖς παρεδόθη. „Non cogitatione quadam (in Folge eines Einfalls) et sollicitudine curiosorum hominum haec disciplina iis est nuntiata.“ Paulo ante (c. 4): *religionem christianam μὴ προσδοκῆσης δύνασθαι παρὰ ἀνθρώπου μαθεῖν*. Vocabulum μάθημα autem de christiana religione etiam in Pseudo-Iustini *Quaest. et Respp. ad Orth.* 101 legitur. Πολυπράγμονας hic (c. 4 πολυπραγμοσύνης mentio facta) eos notat qui quodam novitatis studio ducuntur in iis quae ad religionem pertinent. Horum igitur sollertiae et sollicitudini suam Christiani disciplinam, quae mox pluribus depingitur, non debent, sed omni humano dogmate reiecto fidem habent dumtaxat logo divino, quem deus inter homines collocavit. Cum commatio οὐδὲ δόγματος ἀνθρωπίνου προεσιῶσιν componas verba gemelli loci c. 7: οὐδὲ θνητὴν ἐπίνοιαν φυλάσσειν ἀξιοῦσιν. Unde etiam quid sibi velit προεσιῶσιν (a Boehlio male intellectum) cognoscis. Caeterum ad illud commation codex Argent. in margine hanc praebet glossam: ὅτι δόγματος ἀνθρωπίνου] οἱ Χριστιανοὶ οὐκ ἀντιλαμβάνονται, ἀ[λλὰ Χριστοῦ]. οὐδὲ γάρ, φησὶν ὁ ἀπόστολος Παῦλος, παρὰ ἀνθρώπου παρέλαβον αὐτό. Dixit id *Galat.* I. 12. — Verba πόλεις ἑλληνίδας τε καὶ βαρβάρους, quum vox Ἑλλήνων designet Gentiles (legas c. 1 adnotata), interpretor de gentilibus et iudaicis urbibus. Infra: ὑπὸ Ἰουδαίων ὡς ἀ. πολεμοῦνται καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων διώκονται. Consimiliter a Iustino in *Apol.* I. cc. 5. 7. 46 Iudaei, οἱ βάρβαροι, Gentilibus, τοῖς Ἑλλήσι, opponuntur. Uberius de voce βαρβάρων exposui ad Tatiani *Orat. ad Graec.* c. 1 (not. 1). Eadem sententia c. 6 repetitur: Χριστιανοὶ κατὰ τὰς τοῦ κόσμου πόλεις scil. ἐσπαρμένοι εἰσίν. Itidem Iustinus saepe loquitur: cf. *Prolegg.* §. 18. Adde Irenaeum *adv. haereses* III. c. 4. §. 2. Idem c. 11: κατέσπαρται ἡ ἐκκλησία ἐπὶ πάσης τῆς γῆς. Tertullianus *Apolog.* c. 37: „Hesterni sumus et vestra omnia implevimus; urbes, insulas“ etc. *Adv. Marc.* III. c. 20: „Qui (Christus) totum iam orbem evangelii sui fide cepit.“ *Adv. Iud.* c. 7. Clemens Alex. *Strom.* VI. c. 18. §. 167. Haec testimonia nimis prae fracte sumere non licet: Origines in *Matth.* tract. 28 multas fatetur esse nationes, quae nondum evangelii lucem receperint. Velut per periphrasin ἡ κατάστασις τῆς πολιτείας dicitur quod alibi ἡ πολιτεία. Cui dat vocabulq Iustinus eundem usum in *Apol.* I. c. 4 et *Dial.* c. Tr. cc. 105. 119. — Πατρίδας οἰκοῦσιν ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι coll. *I Petr.* II. 11: παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους. Coll. I. 17. Christiani enim se habebant peregrinos sive inquilinos terrae cives. C. 6: Χριστιανοὶ παροικοῦσιν ἐν φθαρτοῖς. Gieseler *Lehrb. der Kirchengesch.* Tom. I. Sect. I (ed. 4) p. 230: „Daher bezeichneten sich die Gemeinden als Genossenschaften von Fremdlingen, Clemens Rom. *init. Epist.* I. Ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Ῥώμην τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ Κόρινθον. Ebenso *Epist. Eccl. Smyrn.* bei Eusebius IV. c. 15. §. 1.“ Πᾶσα ξένη scil. χώρα sive γῆ. Quum autem scriptor addat καὶ πᾶσα πατρὶς (est tamquam) ξένη, videtur respicere ad id quod praecessit: καὶ πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι. — Γαμοῦσιν ὡς πάντες: „uxores ducunt ut omnes.“ Sed secundas nuptias, διγαμίας, non ineunt. Hae nuptiae legibus Gentilium vetitae non erant: h. e. si quis aut matrimonio prioris coniugis morte soluto, aut priori uxore secundum leges dimissa, aliam duxit. *Apol.* I. c. 15: οἱ νόμῳ ἀνθρωπίνῳ διγαμίας ποιούμενοι ἀμαρτωλοὶ παρὰ τῷ ἡμετέρῳ διδασκάλῳ εἰσί. Aetas ibi not. 8 obser-

vata. Ibidem c. 29: οὐκ ἐγαμοῦμεν εἰ μὴ ἐπὶ παίδων ἀνατροφῇ. Athenagoras *Suppl. p. Christ.* c. 33: γυναῖκα μὲν ἕκαστος ἡμῶν, ἣν ἡγάγειο κατὰ τοὺς ἐφ' ἡμῶν τεθειμένους νόμους, νομίζων, καὶ ταύτην μέχρι τοῦ παιδοποιήσασθαι. Tum ῥίπτειν, verbum magis odiosum, scriptor usurpat pro ἐπιθέσαι (*Apol.* I. cc. 27. 29), *exponere*, quod proprium huius infanticidii verbum (*Athenag.* I. c. c. 35 et *Tertull. Apol.* c. 9) est. Ait Minucius Felix in *Octavio* c. 30. §. 2: „Vos enim video procreatos filios nunc feris et avibus exponere, nunc adstrangulatos misero mortis genere elidere.“ Illud ῥίπτειν τὰ γεννώμενα quod attinet, audias Iulium Paulum, iureconsultum saeculi secundi: „Necare videtur non tantum is qui partum perfocat, sed et is qui *abūcit*, et qui alimonia denegat, et is qui publicis locis misericordiae causa exponit quam ipse non habet.“ *Lib. XXV. tit. III. lib. 4.* — In verbis τράπεζαν κοινήν παρατίθενται, ἀλλ' οὐ κοινήν, inest acumen quoddam, hoc perpolito scriptore dignum. Κοινήν enim duplici significatu (comp. *Ev. Matth.* X. 39, ubi videsis de Wettium et Baumgarten-Crusium, atque *Dial. c. Tr.* c. 61. not. 6) usurpavit: priori quidem loco mensam designavit *communem*, posteriori autem *impuram* vel *pollutam*. Cf. Bretschneideri *Lex. man. in N. T.* (ed. 3) s. v. p. 229. *Dial. c. Tr.* c. 20: κοινὰ ἢ ἀκάθαρτα οὐκ ἐσθίόμεν (*Act. apostl.* X. 14: οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον), ubi particula ἢ per epexegetin posita est. Ergo: „Mensam communem apponunt, sed eam minime impuram vel *pollutam*.“ Stephanus autem verbis ἀλλ' οὐ κοινήν ad idolothyta respici existimavit, circa quae quam servare cautionem oporteret docuit Paulus apostolus: tamquam scilicet mensa alioqui esset κοινή futura. *Dial. c. Tr.* c. 34: πᾶσαν αἰκίαν καὶ τιμωρίαν μέχρῃς ἐσχάτου θανάτου ὑπομένουσι περὶ τοῦ μήτε εἰδωλολατρῆσαι μήτε εἰδωλόθυτα φαγεῖν. Quid? Ratio potius habetur a *gapanum*, in quibus *Θυέστεια* illa δεῖπνα, Christianis a Gentilibus afflicta, nequaquam celebrentur. Itaque scriptor iniquos de Christianis rumores repellit, qui inde originem duxerunt quod Gentiles et Iudaei inepte ac malitiose interpretarentur illarum coenarum, potissimum sacrae coenae, apud illos usum. Vide *Apol.* I. c. 26. not. 29. Explicare etiam poteris: „Mensam (in *agapis*) communem apponunt, non vero *vulgarem*.“ Nos: „Sie haben einen gemeinsamen (gemeinschaftlichen) Tisch, aber nicht einen gemeinen (gewöhnlichen).“ H. e.: Non profanam instruunt coenam, sed talem quae gratiarum actione et precibus ad deum missis consecretur. *Apol.* I. c. 13: λόγῳ εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας ἐφ' οἷς προσφερόμεθα (*vescimur*) πᾶσιν, ὅση δύναμις, αἰνοῦντες. C. 67: ἐπὶ πᾶσί τε οἷς προσφερόμεθα εὐλογοῦμεν τὸν ποιητὴν τῶν πάντων. *Coll.* c. 65. p. 154 D. et c. 66. p. 160 E. Adde c. 66: οὐ γὰρ ὡς κοινὸν ἄρτον οὐδὲ ὡς κοινὸν πόμα ταῦτα (in coena sacra) λαμβάνομεν. Sic κοινὸν etiam in *Ep. ad Hebr.* X. 29 dicitur, ubi de Wettium consulas. Hoc modo scriptor, quantum a Gentilium moribus discreparent Christiani, demonstraret. — Ἐν σαρκὶ τυγχάνουσιν, ἀλλ' οὐ κατὰ σάρκα ζῶσιν *coll. II Corinth.* X. 3: ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα. *Rom.* VIII. 12. 13: ὀφειλέται ἐσμέν οὐ τῇ σαρκὶ τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν· εἰ γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε κτλ. — Ἐπὶ γῆς διατρέβουσιν, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται (c. 10 ἐν οὐρ. ζῆν) *coll. Philipp.* III. 18—20: σκοπεῖτε τοὺς οὕτως περιπατοῦντας καθὼς ἔχετε τύπον ἡμᾶς. Πολλοὶ γὰρ περιπατοῦσιν οὕς κτλ. Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. Cf.

commentarios Rheinwaldi p. 202 et Baumgarten-Crusii p. 89. Quod hic auctor de Christianis dicit id Eustathius de monachis praedicat: *μόναχός ἐστι πολίτης οὐρανοῦ, μὴ γὰρ γῆς, εἰ καὶ περὶ γῆν εἰκάζεται.* Cf. Gass *Die Mystik des Nic. Kabasilas* (Gryphisw. 1849) p. 178. — *Πείθονται τοῖς ὠρισμένοις νόμοις, καὶ τοῖς ἰδίοις βίοις νικῶσι τοὺς νόμους.* Karkerus: „Sie sind gehorsam den bestehenden Gesetzen; doch vollendeter, als diese es bezwecken, ist ihr Leben.“ Christiani dicuntur ipsas leges superasse, quod non solum ea quae iubebant leges sed maiora etiam praestarent. Kimmelius (*Theol. Literaturblatt z. Allg. Kirchenzeitung* 1844. N. 94. p. 787) verba de amore interpretatus est: „Offenbar meint der Verfasser die Liebe, zu der er auch sofort übergeht: *ἀγαπῶσι πάντα, καὶ ὑπὸ πάντων διώκονται.* Durch ein Leben voll Liebe überwinden oder übertreffen sie die Gesetze, die eine Allgemeinheit der Liebe nirgends befehlen. Sie leisten also im Leben mehr, als die Gesetze und das Leben nach ihnen. Ob er nicht auch hier einen paulinischen Ausspruch, etwa *Röm. 13, 9. 10* im Sinne gehabt habe, wollen wir zwar nicht entscheiden; wenn aber, so würde allerdings Etwas für seine Deutung des *πληροῦν* (= *νικᾶν*) τὸν νόμον resultiren.“ Ex sententia Credneri (*Zur Geschichte des Canons*, Hal. 1847, p. 34) cuipiam posterioris aetatis scriptori pro illis verbis *πέιθονται* usque ad νόμους licebat dicere: *πέιθονται τῷ κανόνι τῆς ἀληθείας, sive τῷ κανόνι τῷ ἐκκλησιαστικῷ.* Quod saltem meminisse sufficit. — *Ἀγαπῶσι πάντα, καὶ ὑπὸ πάντων διώκονται.* C. 6: *Χριστιανοὶ τοὺς μισοῦντας ἀγαπῶσιν.* Omnes a Christianis amatos, eos vero omnibus odio fuisse, quum multi testantur tum Iustinus. Memorabilis est locus in titulo Apologiae prioris. Ibi enim (c. 1) Christianos haud nominat, sed eorum conditionem describens ait: *ὑπὲρ τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένων καὶ ἐπηρεαζομένων.* Illos contra omne genus hominum amore persecutos esse saepenumero refert: quin etiam pro persecutoribus orasse. L. c. c. 14: *ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν εὐχόμενοι, καὶ τοὺς ἀδίκως μισοῦντας πείθειν πειρώμενοι κτλ.* C. 39: *οὐ πολεμοῦμεν τοὺς ἐχθρούς.* C. 57: *ἐκεῖνο μόνον, ... ἀναιρεῖν ἡμᾶς καὶ μισεῖν, δύναται ποιῆσαι· οὗς οὐ μόνον οὐ μισοῦμεν, ἀλλ' ... ἐλειοῦντες μεταθέσθαι πείσαι βουλόμεθα.* Tertullianus *Ad Scap.* c. 1: „Ita disciplina iubemur diligere inimicos quoque et orare pro eis qui nos persequuntur, ut haec sit perfecta et propria bonitas nostra, non communis; amicos enim diligere omnium est, inimicos autem solorum Christianorum.“ Athenagoras l. c. c. 11. Cf. Paetz l. c. p. 108 ss. — *Ἄγνοοῦνται, καὶ κατακρίνονται· θανατοῦνται, καὶ ζωοποιοῦνται* coll. *II Corinth.* VI. 9: *ὡς ἀγνοοίμενοι, καὶ ἐπιγινωσκόμενοι· ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν.* „*Ἄγν. κ. κατακρ.* intelligere puto“, inquit Stephanus, „ignorari qualis sit illorum religio, et tamen condemnari quod eam profiteantur. Atque hoc conveniet cum eo de quo apud ipsos etiam imperatores conqueritur Iustinus, illos condemnari *ἀνέξετάστως* atque, ut alicubi loquitur, *ἀκρίτως*: et pro iusta condemnationis causa haberi quod Christiani vocentur.“ — *Πτωχεύουσι, καὶ πλουτίζουσι πολλοὺς· πάντων ὑστεροῦνται, καὶ ἐν πᾶσιν περισσεύουσιν* coll. *II Corinth.* VI. 10: *ὡς πτωχοί, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες· ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες.* — *Ἄτιμοῦνται, καὶ ἐν ταῖς ἀτιμίαις δοξάζονται* coll. *I Corinth.* IV. 10: *ὑμεῖς ἐνδοξοί, ἡμεῖς δὲ ἄτιμοι.* — Ad *δικαιοῦνται* Boehlius adnotavit: „Aut suppleendum *ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*, aut *ὑπὸ Θεοῦ*

ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων: a deo comprobantur coram hominibus ut iusti atque deo accepti: aut denique sic vertendum: laudantur sive agnoscuntur (ab hominibus multis) ut iusti et pii, quo sensu δικαιούσθαι legitur apud Matth. 11, 19.“ — Λοιδοροῦνται, καὶ εὐλογοῦσιν coll. I Corinth. IV. 12: λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν. — Κολαζόμενοι χαίρουσιν coll. II Corinth. VI. 10: ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες. — Definitius auctor loquitur his verbis additis: Ὑπὸ Ἰουδαίων ὡς ἀλλόφυλοι πολεμοῦνται, καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων διώκονται. Apol. I. c. 31: Ἰουδαεὶ ἐχθροὺς ἡμᾶς καὶ πολεμίους ἡγοῦνται, ὁμοίως ὑμῖν (Gentilibus) ἀναιροῦντες καὶ κολάζοντες ἡμᾶς. Dial. c. Tr. c. 110. p. 372.C. Vox Ἑλλήνων quid significet supra (in formula πόλεις ἑλληνίδες τε καὶ βάρβαροι) et c. 1 exposui. De toto autem hoc loco, quo scriptor ad bellum iudaicum temporibus Hadriani gestum respicit, adeas Prolegg. §. 18.

Caput VI. Quae sequuntur arctissime cum sententia in praecedente capite proposita cohaerent. Probat enim scriptor Epistolae Christianos in mundo velut in corpore animam versari, et eos a deo positos esse in statione tam insigni, quam nefas sit defugere. Hic ille passim πλατονίζει. Caeterum quid de anima statuatur, in Prolegg. §. 14 dixi.

Χριστιανοὶ κατὰ τὰς τοῦ κόσμου πόλεις scil. ἐσπαρμένοι εἰσίν. De sententia nonnulla monui ad verba c. 5: Κατοικοῦντες δὲ πόλεις ἑλληνίδας τε καὶ βαρβάρους. — Χριστιανοὶ ἐν κόσμῳ οἰκοῦσιν, οὐκ εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ κόσμου coll. Ev. Ioann. XVII. 11. 14. 16: οὗτοι ἐν τῷ κόσμῳ εἰσὶν . . . οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ κόσμου. — Tum dicit: Ἄόρατος ἡ ψυχὴ ἐν ὄρατῷ φρουρεῖται τῷ σώματι. Pariter Plato (?) in Axiocho p. 365: ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐσμεν ψυχὴ, ζῶον ἀθάνατον, ἐν θνητῷ καθειργμένον φρουρίῳ. — Verba ἀόρατος δὲ αὐτῶν ἡ θεοσέβεια μένει, ut ex oppositis patet, videntur significare dei cultum qui non externo modo, h. e. sacrificiis aliisque ineptis institutis (ut apud Gentiles et Iudaeos: cc. 2—4), sed animo (innerlich) peragatur. A Iustino Apol. I. c. 6 dicitur λόγῳ, = πνεύματι, τιμᾶν (coll. Ev. Ioann. IV. 23 ἐν πνεύματι προσκυνεῖν) et a Paulo Roman. XII. 1 λογικῇ, = πνευματικῇ, λατρεία. Vid. commentarios Meyeri, Baumgarten-Crusii, Maieri ad hunc locum. Scriptor totam Christianorum religionem non in rebus externis sed in spiritualibus ponit. — Cum commatio Χριστιανοὶ τοὺς μισοῦντας ἀγαπῶσιν conferas illud c. 5 ἀγαπῶσι πάντας, et quae ibi observavi. In animo hic habet scriptor, si recte video, effatum domini Ev. Matth. V. 44 et Luc. VI. 27: Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθρούς. Sed, quod quidem admodum notabile est, neque alii ecclesiae Patres neque codices Bibliorum lectionem μισοῦντας pro ἐχθρούς exhibent. Unus solus Martyr constanter praebet illud μισοῦντας. Apol. I. c. 15: ἀγαπᾶτε τοὺς μισοῦντας. Dial. c. Tr. c. 133: ἀγαπᾶν τοὺς μισοῦντας. „Eine Uebereinstimmung, welche um so entscheidender ist, als Justin in diesem Dialoge nur frei den Gedanken und Sinn wiedergiebt.“ Verba repetii Credneri, disputantis de illis Apologiae et Dialogi locis in Beiträge zur Einleitung in d. bibl. Schriften Tom. I. p. 242. — Sensus verborum Ἐγκέκλεισται μὲν ἡ ψυχὴ τῷ σώματι usque ad αὐτοὶ δὲ συνέχουσι τὸν κόσμον est hicce: Quemadmodum anima, tamquam principium vivificum, τὸ σῶμα continet (συνέχει, zusammenhält — De monarch. c. 1. not. 6): sic Christiani continent τὸν κόσμον, dum scilicet, sparsi velut semen, mundum vetustescentem nova vita perfundunt. Apol. II. c. 7: Deus

dissolutionem mundi differt διὰ τὸ σπέρμα τῶν Χριστιανῶν, ὃ γινώσκει ἐν τῇ φύσει ὅτι αἰτιόν ἐστιν. Clemens Alex. *De div. salv.* c. 36: τοῦτ' ἐστὶ τὸ σπέρμα, . . . ὡσπερ ἐπὶ τινα ξενιτείαν ἐνταῦθα πεμπόμενον . . . καὶ πάντα, μέχρις ἂν ἐνταῦθα τὸ σπέρμα μένη, συνέχεται. Similis locus est apud Marcum Antoninum *Πρὸς ἑαυτὸν* p. 352. ed. Gatak. Verbis ὡς ἐν φρουρᾷ τῷ κόσμῳ scriptor ad illud Platonis *Phaed.* p. 62 evidenter alludit: ὡς ἐν τινι φρουρᾷ ἔσμεν οἱ ἄνθρωποι. Vide Stallbaumium ad locum. Ea quae statim a Platone adiiciuntur, καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν οὐδ' ἀποδιδράσκειν, paullo post a Nostro respiciuntur: *Εἰς τοσαύτην αὐτοὺς τάξιν ἔθετο ὁ θεός, ἣν οὐ θεμιτὸν αὐτοῖς παραιτήσασθαι.* — Σκήνωμα (σκήνος) vocatur corpus humanum, animae immortalis quasi habitaculum. Itidem *Sapient.* IX. 15, *II Corinth.* V. 1, *II Petr.* I. 13. 14, Tatian. *Orat. ad Graec.* c. 15. not. 11, Pseudo-Iust. *Expos. rect. fidei* c. 8 (γεῶδες σκήνος). Pythagoraei inprimis Platonice solebant de corpore humano illa imagine uti. Vide interpretes ad laudata Bibliorum loca et Heinichenum ad Eusebii *Hist. eccles.* III. c. 31 (Tom. I) p. 261. De verbo *παροικοῦσιν* cf. quae c. 5 (ὡς πάροικοι) observavi. *Ἀφθαρσίαν* scil. *γενησομένην.* — *Κακουρομένην σιτίοις καὶ ποτοῖς ἢ ψυχὴ βελτιοῦται* capias sic: „Die Seele, wenn man sie schlecht mit Speise und Trank bedient, wird besser.“ De anima, h. e. sede appetituum, dicitur quod de corpore dici consuevit. Consimiliter in *Ev. Luc.* XII. 19: *Καὶ ἐρῶ τῇ ψυχῇ μου· Ψυχὴ, ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κείμενα εἰς ἔτη πολλὰ· ἀναπαύου, φάγε, πίε, εὐφραίνου.* Xenophon *Memor. Socr.* I. c. 2. §. 4: *Τὸ μὲν οὖν ὑπερσθίοντα ὑπερπονεῖν ἀπεδοκίμαζε* (scil. Socrates), *τὸ δὲ ὅσα γ' ἠδέως ἢ ψυχὴ (appetitus edendi ei bibendi) δέχεται, ταῦτα ἱκανῶς ἐκπονεῖν ἐδοκίμαζε.* *Cyrop.* VIII. c. 7. §. 4: *Οἱ δὲ . . . δεῖπνον παρετίθεσαν· τῷ δὲ ἢ ψυχὴ σίτον μὲν οὐ προσέτετο, διψῆν δ' ἐδόκει, καὶ ἔπινεν ἠδέως.* *Coll.* VI. c. 2. §. 28. Plato *De republ.* IV. p. 439: *Τοῦ διψῶντος ἄρα ἢ ψυχὴ, καθόσον διψῆ, οὐκ ἄλλο τί βούλεται ἢ πιεῖν, καὶ τούτου ὀρέγεται καὶ ἐπὶ τοῦτο ὀρμᾷ.* Illud loquendi genus Stephanus (*Schediasmatum variorum*, Paris. 1578 lib. I. p. 4) ex Socratica apud Platonem philosophia in *Phileb.* p. 34 s. explicat. Ibi enim τὸ διψῆν (idem *περὶ τοῦ πεινῆν* valet) statuitur esse τὸ κενοῦσθαι: ideoque δίψος esse ἐπιθυμίαν, ut quidem non alius rei quam πληρώσεως πόματος. Unde vero haec ἐπιθυμία proficiscitur? *Ἐκ τῆς ψυχῆς*, quae dicitur τῆς πληρώσεως ἐφάπτεσθαι τῇ μνήμῃ. Colligit tandem Socrates corpus nequaquam sitire aut esurire aut aliquid tale pati. Caeterum convenit cum eo quod hic de anima dicitur illud Heracliti dictum: *Ἐνθα γῆ ξηρὴ, ψυχὴ σοφωτάτη.* Cui dicto respondet ille senarius: *Παχεῖα γαστήρ λεπτόν οὐ τίκτει νόον.* Tum adiicit scriptor: *καὶ Χριστιανοὶ κολαζόμενοι καθ' ἡμέραν πλεονάζουσι μᾶλλον.* C. 7: *Οὐχ ὁρᾷς, ὅσω πλείονες κολάζονται, τοσούτω πλεονάζοντας ἄλλους;* Formulam καθ' ἡμέραν non ad πλεονάζουσι (Hefel., Karker.) sed aptius ad κολαζόμενοι referas. Valet *κολαζόμενοι: dum castigantur, supplicio afficiuntur.* Nos: *wenn sie gezüchtigt, gestraft werden.* Πλεονάζουσι autem editores et interpretes de externo Christianorum incremento intellexerunt: *numero crescunt, wachsen (mehrten sich) an Zahl.* Iustinus *Dial.* c. *Tr.* c. 110 ait: *Κεφαλοτομούμενοι γὰρ καὶ σταυρούμενοι καὶ θηρίοις παραβαλλόμενοι καὶ πάσαις ταῖς ἄλλοις βασάνοις ὅτι οὐκ ἀφιστάμεθα τῆς ὁμολογίας,*

δηλόν ἐστιν, ἀλλ', ὅσῳπερ ἂν τοιαῦτά τινα γίνηται, τοσοῦτω μᾶλλον ἄλλοι πλείονες πιστοὶ καὶ θεοσεβεῖς διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ γίνονται. Augustinus *Epist.* 3: „Christiani inter inimicos augentur, persecutionibus crescunt, per afflictionum angustias usque in terrarum extrema dilatantur.“ Alia huius generis exempla congessi in *Corp. Apologg.* Vol. II. p. 371. Sed illa explicatio vulgaris non quadrat ad sententiam praecedentem, quae postulat ut verbum *πλεονάζουσι* de incremento capiatur interno: *augentur, confirmantur, wachsen (nehmen zu) innerlich an Kraft.* Recte Kimmelius (*Theol. Literaturblatt z. Allg. Kirchenzeitung* 1844. N. 93. p. 781): „Die Vergleichung beruht auf dem Gedanken, dass die *ψυχή*, je weniger sie äusserlich gepflegt werde, desto mehr innerlich erstarke. Es verlangt die in Betracht kommende Correspondenz mit *βελτιοῦσθαι* einen geistigen, intensiven Sinn für *πλεονάζειν.*“ — Ultimis verbis *Εἰς τοσαύτην κτλ.* platonium colorem inesse iam supra monui.

Caput VII. Iam unde religionem suam, admirabilis illius conditionis procreatricem, petierint Christiani scriptor Epistolae pluribus docet. Istaec, inquit, minime a mortali homine iis tradita est, sed coelitus demissa. Ipse enim supremus deus logon, cuius interventu universitatem rerum construxit et gubernat, locavit inter homines, in quorum animis sedem ei pararet: hunc suum filium misit ad illos servandos.

Tandem eodem redit oratio unde degressa est. Quare ὡς ἔφην dicit scriptor, qua formula respicit ad verba c. 5: *Οὐ μὴν ἐπινοία τινὶ καὶ φρονίδι πολυπραγμόνων ἀνθρώπων μάθημα τοῦτ' αὐτοῖς ἐστὶν εἰρημένον.* Tum verbis quae l. c. adduntur, οὐδὲ δόγματος ἀνθρωπίνου προεστᾶσιν, respondent nostro loco haecce: οὐδὲ θνητὴν ἐπίνοιαν (*Einfall*) φυλάσσειν οὕτως ἀξιοῦσιν ἐπιμελῶς. Beurerus: „neque mortalis alicuius commentum (interpretas Campid.: „eines Sterblichen Erdichtung“) tam accurate servare illi satagunt.“ Cf. l. c. notata. Denique verba οὐδὲ ἀνθρ. οἶκον. μυστ. πεπίστευνται accipias: „Sie sind nicht mit Verwaltung menschlicher Geheimnisse betrauet.“ Sic οἰκονομίαν πεπίστευμαι *I Corinth.* IX. 17. Iterum hoc verbum cum accusativo rei paullo post legitur: *πεπ. τὰς ἐν οὐρ. διοικήσεις.* — De loco insigni *Ἄλλ' αὐτὸς ἀληθῶς κτλ.* in Prolegg. §. 13 uberius disputavi. Summus deus ὁ παντοκράτωρ (*omnium regnator* = ὁ δεσπότης τῶν ὅλων c. 8) καὶ παντοκτίστης (Prolegg. §. 15) vocatur: at logos ὁ τεχνίτης καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων. Vide infra. Ad illum omnia referuntur: sed logo usus est ad mundum condendum. Pronomen αὐτὸς cum vi quadam repetitum est, nisi velis interpretari *sua sponte, ultro, von selbst*, h. e. non coactus vel monitus ab alio. Cf. *Ev. Ioann.* XVI. 27. Xenophon *Mem. Socr.* I. c. 3. §. 7: αὐτὸν ἐγκρατῆ ὄντα. Vid. Hermannum ad *Viger.* (ed. 4) p. 733 et Astii *Lex. Plat.* Vol. I. p. 314 s. Ὁ λόγος ὁ ἅγιος καὶ ἀπερινόητος (Prolegg. §. 15) est ὁ πᾶς λόγος (l. c. §. 13). Is dei voluntate carnem assumpsit et inter homines apparuit. Deus pater eum ἀνθρώποις ἐνίδρυσε καὶ ἐγκατεστήριξε, „hominibus inseruit et in cordibus ipsorum fixit“ (Beurerus), „in die Menschheit gepflanzt und in ihren Herzen befestigt“ (Dorner *Entwicklungsgesch. d. Lehre v. d. Person Christi* P. I. p. 411). Stephanus ἐγκατεστήριξε vertit: *firmam habere sedem voluit.* Pro καθύπερ ἂν τις εἰκάσειεν paullo infra dicitur ὡς ἀνθρώπων ἂν τις λογίσαιτο. Verba οὐ, καθύπερ κτλ. adiecta sunt ad Christi, τοῦ λόγου, amplitudinem illustrandam:

qui neuliquam ὑπηρετής τις fuerit: aliquis ex numero spirituum deo ministrantium, h. e. sive ἄγγελος sive ἄρχων. Illud enim ἢ ἄγγελον ἢ ἄρχοντα, ut l. c. probavi, accuratorem continet designationem. Apposita autem ἢ τινὰ τῶν διεπόντων τὰ ἐπίγεια notionem ἀγγέλου illustrant, et apposita ἢ τινὰ τῶν πεπιστευμένων τὰς ἐν οὐρανοῖς διοικήσεις notionem ἀρχοντος explanant. Logos, cuius interventu deus mundum extruxit et condidit, appellatur τεχνίτης καὶ δημιουργός (cf. Prolegg. §. 15): quae formula in *Ep. ad Hebr.* XI. 10 de deo usurpatur. Ex sententia platonica differunt ποιητής (κτιστής) et δημιουργός (τεχνίτης), ut auctor *Cohortationis ad Gent.* c. 22 testatur. Ὁ μὲν γὰρ ποιητής, οὐδενὸς ἐτέρου προσδεόμενος, ἐκ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως καὶ ἐξουσίας ποιεῖ τὸ ποιούμενον, ὁ δὲ δημιουργός, τὴν τῆς δημιουργίας δύναμιν ἐκ τῆς ἕλης εἰληφώς, κατασκευάζει τὸ γινόμενον. Sed huius differentiae ratio non semper habetur; sic in nostra Epistola c. 8 ὁ δεσπότης καὶ δημιουργός τῶν ὄλων Θεός memoratur. Aliud exemplum ut asseram, Iustinus supremum deum mox ποιητὴν vocat (*Dial. c. Tr. c. 16*) mox δημιουργὸν (*Apol. I. c. 13*). — Iam inde a verbis ᾧ τούτους οὐρανοὺς ἔκτισεν singula (terna) enumerantur: coelum, mare, sidera; leges soli, lunae, stellis praescriptae; quae in coelo, in terra, in mari; ignis, aër, abyssus; quae in summo, in imo, in medio. Μυστήρια sunt leges et consilia, quibus τεχνίτης καὶ δημιουργός τῶν ὄλων naturam rerum moderatur: quae quidem (Boehl.) dicuntur propterea μυστήρια, quod hominum intellectum latent nec nisi per effectus suos deprehenduntur. Τὰ στοιχεῖα Stephanus interpretatus est elementa (c. 8). Hic vero sidera, *Himmelskörper*, designantur, ita quidem, ut aut ea intelligantur quae postea enumerantur, sol et luna et reliquae stellae (*Apol. II. c. 5. not. 2*), aut duodecim zodiaci signa; certe ad horum limbum saepe ista vox refertur, potissimum ab Alexandrinis. — Verba ᾧ πάντα διατέτακται καὶ διώρισται καὶ ὑποτέτακται ab omnibus interpretibus male intelliguntur, dum illud καὶ ὑποτέτακται cum Stephano reddunt: „et cui sunt supposita“ (Hefel.: „eique subdita“). Nam dativum ᾧ sequuntur tria verba sine intervallo: alium igitur cum duobus prioribus quam cum tertio usum habere nequit. Est igitur illud ᾧ i. q. δι' οὗ, *durch dessen Vermittelung*. Cum verbo ὑποτέτακται, quod in ea re usitatum est, animo subaudias ἀνθρώποις. Sic c. 10: οἷς ὑπέταξε πάντα τὰ ἐν τῇ γῆ. Notabilis est locus Iustini in *Apol. II. c. 5*: Ὁ Θεός τὸν πάντα κόσμον ποιήσας καὶ τὰ ἐπίγεια ἀνθρώποις ὑποτάξας. Aliud praeterea addo argumentum ad meam interpretationem firmandam; verba enim quae sequuntur clare dicta sunt respectu habito praecedentium. Spectant primum οὐρανοὶ καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ad διατέτακται (*disposita sunt*: sic διατάσσειν dicitur in *Dial. c. Tr. c. 11*), tum θάλασσα καὶ τὰ ἐν τῇ θαλάσῃ ad διώρισται (*suus limitibus circumscripta sunt*: sic supra θάλασσαν ἰδίους ὄροις ἐνέκλεισεν), denique γῆ καὶ τὰ ἐν τῇ γῆ ad ὑποτέτακται (*subiecta sunt*: sic ὑποτάσσειν infra c. 10 exstat). Caeterum coll. *Coloss. I. 16*: ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. — Verbum ἀπέστειλεν (c. 10) postea mutatur in ἐπέμψεν. — Ὡς ἀνθρώπων ἂν τις λογίσαιτο = καθάπερ ἂν τις εἰκόσειεν supra. — Ad verba ἀλλ' ἐν ἐπιεικείᾳ, πραύτητι supple ex praecedentibus τοῦτον (τὸν λόγον) ἀπέστειλεν. Vid. Adnott. criticas. — Misit eum ὡς Θεόν, scil. qui sua natura bonus est hominumque amans. Cf. *I Ioann. IV. 8* et Clemens Alex. *Pae-*

dag. I. c. 5. §. 20. c. 6. §. 26. Componas quod scriptor noster c. 10 dicit: ὅς, ἃ παρὰ τοῦ θεοῦ λαβὼν ἔχει ταῦτα τοῖς ἐπιδομένοις χορηγῶν, θεὸς γίνεται τῶν λαμβανόντων. Addit: ὡς πρὸς ἀνθρώπους ἐπέμψεν. Nam vetus ecclesia unanimiter dicit Christum, τὸν λόγον, tantummodo propter homines missum esse. Soli Gnostici, ut de Manichaeis taceam, ἀπολύτρωσιν mundi docebant; itidem Alexandrini ut Origenes (in *Ioann.* tom. I. c. 48, *De princ.* I. c. 27, c. *Cels.* VII. c. 17) munus Christi ad omnes naturas ratione praeditas referebant et idcirco ad spiritus quoque lapsos. Ὡς σώζων ἐπέμψεν . . . οὐ κρίνων coll. *Ev. Ioann.* III. 17: οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸν κόσμον ἵνα κρίνη τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ. — Πέμψει γὰρ αὐτὸν κρίνοντα: In primo adventu iudicium non exercuit; id enim (γὰρ) in altero demum adventu exercebit. Quum autem scriptor de Christo iudice loquatur, verbum ὑποστήσεται pertinet ad malos: his nimirum illius adventus ad iudicium formidandus. Similem Iustini locum in *Prolegg.* §. 13 laudavi. Illa autem, ut I. c. §. 12 observavi, evidentem allusionem continent ad *Malach.* III. 2: τίς ὑποστήσεται ἐν τῇ ὄπιασίᾳ αὐτοῦ; Iam in iis quae sequuntur lacunam cernis. Nisi egregie fallor, desunt fere haec: „Hic autem (alter) eius adventus, quippe instans, ab omnibus fidelibus expectatur, ita ut nulla mala sint, quibus ut Christo renuntient possint per moveri. Nonne vides“ etc. Vid. Adnott. criticas. Ibi gemellum Iustini locum (*Dial. c. Tr.* c. 110) attuli, quo etiam παραβάλλεσθαι θηρίοις commemoratur: θηρίοις παραβαλλόμενοι . . . οὐκ ἀφιστάμεθα τῆς ὁμολογίας. Mortem Christiani non timent: c. 1. Ἴνα ἀρνήσονται τὸν κύριον h. e. deum. C. 10: κολαζόμενοι ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν ἀρνήσασθαι θεόν. Interrogationem Οὐχ ὄρας, ὅσω πλείονες κολάζονται, τοσοῦτω πλεονάζοντας ἄλλους; interpreto sic: Siehst du nicht dass, je mehr Christen gestraft werden, desto mehr andere (Christen) im Innern erstarken? Egregium illorum exemplum multi alii ad imitandum sibi sumunt: ergo hi quoque ipsis malis, quibus afficiuntur a Gentilibus et Iudaeis (c. 5 fin.), minime permoventur ut a confessione discedant. Cf. quae c. 6 ad verba Χριστιανοὶ κολαζόμενοι καθ' ἡμέραν πλεονάζουσι μᾶλλον adnotavi. Tertullianus *Apolo.* c. 50: „Illa ipsa obstinatio, quam exprobratis, magistra est. . . . Quis non, . . . ubi accessit, pati exoptat?“ Inde Iustinus *Apol.* I. c. 2: Ἀποκτεῖναι μὲν δύνασθε, βλάψαι δ' οὐ. Hefeus vero, quemadmodum caeteri editores et interpretes, verba τοσοῦτω πλεονάζοντας ἄλλους reddidit sic: „tanto maiorem fieri numerum reliquorum?“ ut sensus sit: Christianorum mala alios invitare ad christianismum. — Ταῦτα ἀνθρώπου οὐ δοκεῖ τὰ ἔργα, ταῦτα δύναμις ἐστὶ θεοῦ coll. *Apol.* II. c. 10: Χριστῷ . . . ἐπέσθησαν . . . καὶ φόβον καὶ θανάτου καταφρονήσαντες: ἐπειδὴ δύναμις ἐστὶ τοῦ ἀρρήτου πατρὸς (scil. ἡ ταῦτα πράττουσα) καὶ οὐχὶ ἀνθρωπίου λόγου κατασκευή. Respicit scriptor simul ad id quod initio capituli posuerat: Οὐ γὰρ ἐπίγειον, ὡς ἔφην, εὖρημα τοῦτ' αὐτοῖς παρεδόθη, οὐδὲ θνητὴν ἐπίνοιαν φυλάσσειν οὕτως ἀξιοῦσιν ἐπιμελῶς. Quare c. 8 pergit: Τίς γὰρ ὅλος ἀνθρώπων ἠπίστατο κτλ. Itaque illa verba significant: Haec, quae res christiana in animis hominum efficit, non ab homine aliquo originem habent, sed ad deum referenda sunt. Deus loquitur, ut supra dictum erat, ἐγκατεστήριξε ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Addit: „Das sieht nicht aus wie Menschenwerk, das ist Gottes-

kraft.“ Ταῦτα τῆς παρουσίας αὐτοῦ δείγματα: „das sind Beweise (Prolegg. §. 15) seiner Gegenwart.“ Παρουσία i. e. *praesentia* sive *adventus*. Mox enim (c. 8): πρὶν αὐτὸν ἐλθεῖν. Cum pronomine αὐτοῦ subintel- ligas Θεοῦ ex praecedentibus. Etenim deus pater mittendo filium, utpote ipsius λόγον, sese manifestavit: ipse apparuit in filio suo, per quem τὰ ἐξ ἀρχῆς ἡτοιμασμένα patefecit. Cf. Prolegg. §. 17.

Caput VIII. Deus igitur filium suum misit ad homines servandos. Nam, pergit scriptor Epistolae, illorum status ante, quam logos divinus venit, erat miserimus, quum nemo unquam novisset quid deus esset. Logo autem interveniente deus hominibus sese manifestavit, ut ipsum cognoscere possent, idque per fidem, cui soli eum videre concessum est. Quum enim benignissimus sit sibique constantissimus, ineffabile quoddam consilium secum volvit, de quo cum solo filio communicavit. Quamdiu hoc suum consilium in mysterio retinebat, nullam hominum curam gerere videbatur; at postquam revelavit per dilectum filium, iis omnia simul praebuit.

Verba πρὶν αὐτὸν ἐλθεῖν valent: „priusquam deus venerat.“ Nam pronomen ut antea (c. 7 fin.) capiendum. Stephanus vero (et qui ab eius versione pendent), Sailerus, Karkerus interpretati sunt sic: „priusquam ipse dei filius venisset.“ — Deus ipse in filio sese manifestavit. Nec philosophi quidem eum cognoverant. Inde: Ἡ τοὺς κενοὺς καὶ ληρώδεις ἐκείνων λόγους ἀποδέχηται κτλ. Alioquin non istorum alii ignem dixissent esse deum, alii aquam, alii aliud elementum. De hac philosophorum dissensione super deo valde conformis expositio, hic vero succinctior, in *Cohortatione ad Gent.* c. 4 comparet: Ὁραῖτε τοίνυν τὴν ἀταξίαν τῶν παρ’ ἡμῶν νομοθετῶν γεγενῆσθαι σοφῶν, . . . τῶν μὲν ὕδωρ ἀποσηναμένων ἀρχὴν ἀπάντων εἶναι, τῶν δὲ ἀέρα, τῶν δὲ πῦρ, τῶν δὲ ἄλλο τι. *Coll. De resurr.* c. 6. Philosophi a scriptore appellantur ἀξιόπιστοι cum ironia, „fide scilicet digni“, aut (Hefel.) sic: „qui fide digni tantum putantur“ (*Ignat. ad Philad.* c. 2). — Quid istud est ad quod eos profecturos esse ait? Illud ipsum quod πῦρ vocavit, hic nempe πῦρ τὸ αἰώνιον, Cf. c. 10 fin. Pariter ut χωρεῖν εἰς τὸ πῦρ Iustinus dicit πορεύεσθαι ἐπ’ αἰώνιον διὰ πυρὸς καταδίχην *Apol.* I. c. 12. Usitatius enim est πέμπεσθαι εἰς τὸ πῦρ. — Ἀπόδεκτος: dignus qui recipiatur, sive acceptus, probatus. Hesychius: ἀπόδεκτον ἐπαίνετον. Paulo ante: τοὺς ἐκείνων λόγους ἀποδέχηται. — Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τερατεία καὶ πλάνη τῶν γοήτων ἐστίν h. e. „Sed haec, quae philosophi de deo dixerunt, sunt prodigiosa mendacia et imposturae, quales a praestigiatoribus (deceptoribus) fiunt.“ Cf. Prolegg. §. 15. Suidas: γόης· κόλαξ, πλάνος, ἀπατεῶν. Sic (= *Betrüger*) Iosephus c. *Apion.* II. c. 16: ἡμῶν ὁ νομοθέτης οὐ γόης οὐδ’ ἀπατεῶν. Cf. *II Timoth.* III. 13 et Euseb. *Hist. eccl.* III. c. 26. In *Cohort. ad Gent.* c. 11 opiniones philosophorum dicuntur plenae ignorantiae et fraudis, ἀγνοίας καὶ ἀπάτης. — Οὔτε εἶδεν οὔτε ἐγνώρισεν supple Θεὸν ex praecedentibus. Verba οὔτε ἐγνώρισεν non valent: „neque aliquam ipsius notitiam habuit“ (Stephan. caeterique interpr., etiam Hefel. ed. 2), sed: „neque notum eum fecit.“ Gehle: „kein Mensch hat Gott jemals gesehen oder gewiesen.“ Sic γνωρίζειν *Ephes.* I. 9. VI. 19. Addit scriptor: αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ἐπέδειξεν. Deus igitur, quem nemo antea quam venerat novit (cf. initium capitis), ipse sese manifestavit. Inspicias quae de insigni hoc loco in Prolegg. §. 17 uberius exposui. Dornerus *Entwicklungsgesch.*

d. *Lehre v. d. Person Christi* P. I. p. 413: „Wenn der Verfasser sagt *Niemand hat Gott je gesehen und bekannt gemacht, er hat sich selbst gezeigt*, so könnte das den Schein erwecken als wäre der Vater erschienen; es könnte scheinen dass der Logos dem Verfasser nichts Anderes sei als Gott selbst nach seiner Offenbarungsseite. Allein er unterscheidet sehr bestimmt, auch abgesehen von der Offenbarung, den Logos von Gott überhaupt, und zwar unter dem häufigen Namen Sohn, geliebter, eingeborner Sohn (c. 7—10).“ Ad verba *Ἐπέδειξε δέ, scil. ἑαυτόν, διὰ πίστεως* cf. *Ephes.* III. 17: *κατοικήσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν.* De Wette *Bibl. Dogmat.* (ed. 3) §. 259. Soli autem fidei concessum est deum *ιδεῖν*, h. e. *ἐπιγινώσκειν.* C. 10: *Ταύτην καὶ σὺ τὴν πίστιν ἐὰν ποθήσης, καὶ λάβης πρῶτον μὲν ἐπίγνωσιν πατρός.* Per fidem ad cognitionem (eamque agnitionem) dei et per hanc ad laetitiam in regno divino per Christum condito, cuius beneficiis fruimur. L. c.: *Ἐπιγνοὺς δὲ τίνος οἶτι πληρωθήσεσθαι χαρᾶς;* — Iam inde a verbis *Ὁ γὰρ δεσπότης καὶ δημιουργὸς κτλ.* praeparat quaestionem quam c. 9 tractat: cur deus proximo demum tempore gratiam suam hominibus patefecerit. Hic deus *δημιουργὸς τῶν ὄλων* vocatur: supra, c. 7, eadem appellatio logo tributa est. Illud *τῶν ὄλων* non solum ad *δημιουργὸς* pertinet sed etiam ad *δεσπότης*, iuxta loquendi rationem veterum Christianorum. Respondet supra c. 7 *ὁ παντοκράτωρ.* *Dial. c. Tr.* c. 140: *δεσπότης τῶν ὄλων.* *Apol.* I. c. 14: *πάντα δεσπόζων.* Dicitur deus *ὁ ποιήσας τὰ πάντα καὶ κατὰ τάξιν διακρίνας.* Pariter in *Dial. c. Tr.* c. 11 *ὁ ποιήσας καὶ διατάξας τόδε τὸ πᾶν* memoratur. Altera formula (*κατὰ τ. διακρ.*) ei similis est quae c. 7 exstat: *ᾧ πάντα διατίεταται.* — De sententia verborum *Ἄλλ' οὗτος ἦν μὲν αἰεὶ τοιοῦτος κτλ.* accuratius in Prolegg. §. 13 disputavi. *Ἄφραστον* Prolegg. §. 15. *Ἄγαθός* consuetum vocabulum est de dei bonitate. Ad illud respiciens auctor adiicit: *καὶ μόνος ἀγαθός ἐστιν*, ubi *καὶ* epexegetice capias: „et quidem (*und zwar*) solus bonus est.“ Vult enim dicere deum non modo bonum esse, immo vero etiam solum bonum esse, unicum omnis boni fontem. Simul animum videtur advertere ad notissimum Christi effatum, quod pariter in *Apol.* I. c. 16 refertur: *Οὐδεὶς ἀγαθός εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός.* *Ev. Matth.* XIX. 17: *Εἷς ἐστὶν ὁ ἀγαθός.* Ita recentiores N. T. critici, Lachmannus et Tischendorfius, legunt; textus vulgatus exhibet, quemadmodum *Ev. Marci* X. 18 et *Lucae* XVIII. 19: *Οὐδεὶς ἀγαθός εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός.* Nec vero illud *μόνος*, quod in Epistola et in Apologia apparet, in codicibus N. T. mstis nec apud alios patres graecos reperitur. Quamquam scimus deum ab aliis quoque scriptoribus solum bonum praedicari, ut a Tertulliano c. *Marc.* II. c. 6. *Ἐννοήσας δὲ μεγάλην καὶ ἀφραστον ἔννοιαν:* „Er dachte einen grossen und unaussprechlichen Gedanken.“ Vox *ἔννοια* explicatur voce *βουλή*, quae sequitur; quare Neander *Allgem. Geschichte d. chr. Rel. u. Kirche* Tom. II. (ed. 2) p. 1108 transtulit: „Er fasste einen grossen und unaussprechlichen Rathschluss.“ *Ἄφραστον* hic i. q. *ἀνέκφραστον.* Particula autem *δὲ* respondet praecedenti *μὲν.* — Sensus verborum *Ἐν ὧ μὲν οὖν κατεῖχεν ἐν μυστηρίῳ* usque ad finem capituli quod attinet, convenit doctrinae Pauli de *μυστηρίῳ* sive consilio divino homines per Christum salvandi, occulto quidem hucusque sed per filium patefacto: *Roman.* XVI. 25. 26. *I Corinth.* II. 7—10. *Ephes.* III. 4 ss.

Coloss. I. 26. 27. *II Thessal.* II. 13. Illud ἐν μυστηρίῳ κατέχειν est „arcanum apud se continere.“ Pronomen autem αὐτοῦ non reflexive capias sed scriptori tribuas. Ita saepe reperitur in Epistola nostra. E regione verborum ἐπεὶ δὲ ἀπεκάλυψε κτλ. ad marginem veteris codicis msti Stephani et Argent. haec adnotatio scripta est: ὅτι ἐκρύπτετο τοσοῦτους χρόνους τὸ μυστήριον τῆς ἁγίας τριάδος μέχρι τοῦ βυπτίσματος τοῦ ἐν Ἰορδάνῃ, perinde videlicet ac si hoc ex verbis illis possit colligi. Πάνθ' ἅμω παρέσχεν ἡμῖν h. e. „omnia una cum salute, per Christum parta, nobis praebuit.“ Paulus in *Ep. ad Romanos* VIII. 32: ... πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίζεται; Vid. Baumgarten-Crusium ad h. locum. Particulae καὶ (μετασχεῖν) ... καὶ (ἰδεῖν): non solum ... sed etiam. Quid vero sibi volunt verba ἰδεῖν καὶ ποιῆσαι? Ad ἰδεῖν ex praecedente αὐτοῦ debet suppleri αὐτόν, scil. Θεόν: deum videre, idque per fidem. Ad sententiam facit quod supra dixit: Ἐπέδειξε δὲ διὰ πίστεως, ἢ μόνῃ Θεὸν ἰδεῖν συγκεχώρηται. Tum ποιῆσαι est efficaciam exhibere (*wirken, wirksam sein*), et quidem secundum illud ἰδεῖν sive cognitionem dei. De significatione verbi ποιεῖν cf. Pseudo-Iustini *Ἐπιστ. ad Zen. et Seren.* c. 8: ποιητέον κατὰ τὸ εὐαγγέλιον. Adde *Quaest. et Respp. ad Orth.* I: ἀνεῖλε τὴν λατρείαν καὶ πονηρίαν πίστεώς τε καὶ ποιήσεως (*des Thuns*), „nequitiam fidei et vitae.“ Reddas: „sowohl Theil zu nehmen an den von ihm dargebotenen Wohlthaten, als auch ihn (mittels des Glaubens) zu schauen und (nach diesem Schauen) unser Leben zu gestalten.“ Itaque scriptor ad egregias fidelium virtutes respicit, quas quidem cc. 5. 6 vividissimis coloribus depinxit; ac praesertim animum advertit ad id quod fastigium quasi virtutum erat, h. e. ad insignem Christianorum, quum in ipso vitae discrimine versabantur, in tuenda causa sua constantiam, de qua c. 7 fin. locutus est. Προσεδόκησεν scil. ταῦτα. Pronomen saepe in hac Epistola omissum est, ubi facile mente suppleri poterat. Οἰκονομικῶς: „gemäß der göttlichen, dem μυστήριον (d. i. dem göttlichen Rathschlusse oder dem göttlichen Weltplane durch Christus: *Ephes.* VI. 19. *Col.* II. 3. IV. 3) entsprechenden, Einrichtung.“ Sic οἰκονομία *Ephes.* I. 10. III. 9. *I Timoth.* I. 4. Stephanus vertit *oconomica sua scientia*.

Caput IX. Hic scriptori se offert quaestio, cur deus illud consilium tam sero peregerit atque homines superiori tempore siverit pro lubito cupiditatibus suis ferri. Servator, inquit, propterea tam sero advenit, quia oportebat homines ex peccatis suis convincerentur se aeterna esse vita indignos et, quum sibi ipsimet nullum potuissent remedium excogitare, sua miseria compulsi auxilium aliunde desiderarent: quod iis deus demum praestituto tempore in suo filio est impertitus. Idem patientissimus ut antea depravatum sustinuit hominum genus, ita nunc filium redemptionis pretium pro nobis dedit, cuius iustitia peccata nostra tegerentur, in quo solo iniqui nos et impii iustificaremur. Cf. Prolegg. §. 13 et 14. — De duobus temporibus, quorum ratio in hoc capite habetur (τῷ τότε τῆς ἀδικίας καιρῷ opponitur ὁ νῦν τῆς δικαιοσύνης καιρός), consimiliter Paulus apostolus docuit: *Roman.* III. 21—26. V. 20. *Galat.* IV. 4. *Ephes.* II. 1—9. *Coll. Tit.* III. 3—7.

Τοῦ πρόσθεν χρόνον scil. quo deus filium misit. Infra: ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. Ἥδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις ἀπαγ. coll. *Tit.* III. 3: δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς. Participium ἀπαγομένους respondet

praecedenti φέρεσθαι: *abductos a recta via*. Τὸν νῦν τῆς δικαιοσύνης scil. καιρόν: cuius conditio talis est qualis esse debet h. e. deo accepta. Opponitur ὁ τότε τῆς ἀδικίας καιρός: prius tempus quo ἀδικία inter homines vigeat. Καὶ τὸ καθ' ἑαυτοὺς φανερώσαντες ἀδύνατον κτλ. coll. *Ev. Ioann.* III. 5: ἐὰν μὴ τις γεννηθῆ ἔξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. Infra: Ἐλέγξας οὖν ἐν μὲν τῷ πρόσθεν χρόνῳ τὸ ἀδύνατον τῆς ἡμετέρας φύσεως εἰς τὸ τυχεῖν ζωῆς, νῦν δὲ τὸν σωτήρα δείξας δυνατὸν σώζειν. Illi formulae τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἀδύνατον respondet haec: τὸ ἀδύνατον τῆς ἡμετέρας φύσεως. Vidi ibi observata. Verba καθ' ἑαυτοὺς indicant τὸ ἀδύνατον nostra culpa accidisse: „*unsere eigene, zufolge unserer Gesinnung gewordene, selbstverschuldete, Ohnmacht.*“ Dictum est τὸ καθ' ἑαυτ. ἀδύνατον, ut in Prolegg. §. 13 monui, ratione habita cupiditatum, quibus homines obsecundantes adeo a recta via aberraverunt ad mala opera, ut ab ingressu in regnum divinum prorsus prohiberentur. Paulo ante: ἐλεγχθέντες ἐκ τῶν ἰδίων (h. e. κακῶν) ἔργων ἀνάξιοι ζωῆς: *Ephes.* II. 8. 9. *Tit.* III. 5. Itaque auxiliatore coelesti iis opus fuisse. Minime negat scriptor libera homines animi inductione egisse. Immo supra dixit deum nos sivisse ἀτάκτοις φοραῖς agitari ὡς ἐβουλόμεθα. Potuissent igitur turpia fugere, honesta ut sectarentur. Ipse faletur deum hominibus rationales facultates dedisse, c. 10: οἷς λόγον ἔδωκεν, οἷς νοῦν κτλ. Unde sequitur nullam iis relinqui excusationem. — Ad verba Ἐπεὶ δὲ πεπλήρωτο κτλ. et ad praecedentia Neander *Allg. Geschichte d. chr. Rel. u. Kirche* Tom. II. (ed. 2) p. 1108 recte observavit: „Der Verfasser fasst die thätige und leidende Genugthuung, doch mit der vorherrschenden Beziehung auf jene, so zusammen, indem er auf die Liebe Gottes, die an sich keiner Versöhnung bedürfte und selbst die Versöhnung stiftete, Alles zurückführt.“ Λοιπὸν est i. q. *deinceps, fortan*, ut saepe apud Iustinum. Ἦλθε δὲ ὁ καιρός, ὃν θ. π. λ. φανερώσαι τ. ἐ. χρησιότητα κ. δ., ὡς τ. ὑ. φιλανθρωπίας μ. ἀγάπη τ. θ. coll. *Tit.* III. 4. 5: ὅτε δὲ ἡ χρησιότης καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ σωτήρος ἡμῶν θεοῦ, οὐκ ἔξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸ αἰτοῦ ἔλεος ἔσωσεν ἡμᾶς. Difficiliora verba ὡς τῆς ὑπερβαλλούσης κτλ. (commate post θεοῦ collocato) sic explicuerim ut ἔστι cum μία subaudiendum sit: *amor dei unus seu unicus est*, h. e. „semper sibi constat“, scilicet quod attinet ad eius abundantiam: quovis enim tempore singularis (summus) est. Porro τῆς ὑπερβ. φιλανθρωπίας ἀγάπη est *amor, qui a b eximia erga homines benevolentia proficiscitur*. Denique ὡς particula, ut alias explicandi rationes omittam quae in mentem veniunt, duplicem admittit interpretationem. Etenim aut inservit exclamationi: *quam (wie sehr doch) unicus est amor dei!* Cf. Astii *Lex. Plat.* Vol. III. p. 581. Aut causam affert: *quoniam (quandoquidem) unicus est amor dei*. Cf. Astium l. c. p. 584 et Devarium *De gr. ling. particc.*, ed. Klotz. Vol. I., p. 216. Praeparantur enim verba sequentia: οὐκ ἐμίσησεν ἡμᾶς κτλ. Horum autem suppositum quod vocant est θεός. Sed possint verba etiam ita strui, ut, commate post θεοῦ deleto, μία ἀγάπη ad ἐμίσησεν referatur („quum . . . unicus dei amor non odio nos persecutus sit“), incipiatque apodosis aut inde a voce οὐδὲ aut inde ab αὐτός. Illam interpretandi rationem praefero, quum insolentius dictum foret: „amor dei nos odio non

Iustinus vero l. c. c. 39 sic loquitur: φωτιζόμενοι διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ τούτου· ὁ μὲν γὰρ λαμβάνει συνέσεως πνεῦμα, ὁ δὲ βουλή, ὁ δὲ ἰσχύος, ὁ δὲ ἰάσεως, ὁ δὲ προγνώσεως, ὁ δὲ διδασκαλίας, ὁ δὲ φόβου Θεοῦ. Respondent sibi invicem verba: 1. τροφεὺς et πατήρ coll. φόβος Θεοῦ, 2. διδάσκαλος coll. διδασκαλία, 3. σύμβουλος coll. βουλή, 4. ἰατρὸς coll. ἰασις, 5. νοῦς coll. σύνεσις, 6. φῶς coll. πρόγνωσις, 7. ἰσχύς coll. ἰσχύς. Restant in Epistola δόξα, τιμή, ζωή. Ecce haec tria ex *Iesai.* XII. 2 desumpta sunt: ἡ δόξα μου καὶ ἡ αἴνεσις (= τιμή) μου κύριος καὶ ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν (= ζωήν, vide supra notata). — Περὶ ἐνδύσεως καὶ τροφῆς μὴ μεριμνᾶν (vid. Adnott. criticas) coll. *Matth.* VI. 25—31.

Caput X. Immensus vero hic et inexpectatus amor dei, quem filium mittens unigenitum exhibuit, Christianos dei cognitionem adeptos mirifice inflamat atque incitat, ut versa vice erga deum habeant amorem. Qui quidem amor cernitur in amore erga alios. Nempe Christiani, divinum imitantes amorem, mutuo inter se sunt amore affecti eodemque omnes homines prosequuntur. Unde fit ut cum deo coniungantur arctissime et, quum in ipsis amor eius sit consummatus, ne atrocissima quidem morte ipsis imminente benignissimum patrem abnegent. Idonea dei cognitione imbuti ardentique eius amore incensi uberrimos et fidei et caritatis carpent fructus, beati ut sint praedicandi.

Exprimit ποθέσης, coniunctivus aoristi qui ab ἔαν pendet, Latinorum futurum exactum. In apodosi, quae a verbo καὶ (dicto ἐπιτακτικῶς = *etiam*) incipit, tempus quidem expectaveris futurum λήψη (*accipies*), sed noluit scriptor sententiam fortius exprimere, ideoque, licet de eventu non dubitaret, subiunctivum modum λάβης usurpavit: „so dürftest du auch erlangen.“ Particula ἔαν non primum locum occupat sed post plura verba posita est, quia (cf. Klotzium ad *Devar.* Vol. II. p. 484) effert scriptor singularem enuntiationis vocem: ταύτην τὴν πίστιν. Paulo ante: (deus) ἐβουλήθη πιστεύειν ἡμᾶς τῇ χρησιότητι αὐτοῦ. Coll. c. 8: ἤ (scil. πιστεῖ) μόνῃ Θεὸν ἰδεῖν (= ἐπιγινώσκειν) συγκεχώρηται. Ergo: „Hast du Sehnsucht nach jenem Glauben an die Liebe Gottes, so wirst du auch Gottes Wesen erkennen, dass er nämlich Liebe sei.“ Caeterum particulae μὲν infra δὲ (Ἐπιγνοῦς δὲ) respondet. — Ὁ γὰρ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους ἠγάπησε κτλ. „Es wird der rein johanneische Gedanke schön durchgeführt, dass die Liebe Gottes, welche er durch die Sendung des Eingebornen geoffenbart, Gegenliebe erwecken und diese Gegenliebe sich in der Nächstenliebe äussern müsse; dadurch treten wir mit Gott in lebendige geistige Gemeinschaft, dadurch vollendet sich unsere Liebe zu ihm.“ Verba repetii in *Illgeni Zeitschrift für die histor. Theologie* (Lips.) 1843. Fasc. I. p. 43 a me prolata. Ad verba illa Ὁ γὰρ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους ἠγάπησε ... πρὸς οὓς ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ μονογενῆ coll. *Ev. Ioann.* III. 16: οὕτως γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν. *Epist. I Ioann.* IV. 9: ἐν τούτῳ ἐφανερώθη ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐν ἡμῖν ὅτι τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἀπέσταλκεν ὁ Θεὸς εἰς τὸν κόσμον. Cf. infra adnotata ad verba Ἡ πῶς ἀγαπήσεις τὸν οὕτως προαγαπήσαντά σε; — Iam enumerantur ea quibus amor dei erga homines se manifestaverit. 1°. Propter homines deum mundum creasse. Id quum alii patres docent, tum Iustinus iisdem fere

verbis *Apol.* II. c. 4: τὸν κόσμον πεποιημέναι τὸν θεὸν διὰ τὸ ἀνθρώπων γένος. *Apol.* I. c. 10: ... δι' ἀνθρώπων. Coll. *De resurrect.* c. 7. 2°. Hominibus deum omnia subiecisse quae in terra sunt. C. 7: ὅτι πάντα ... ἐπιτέτακται ... τὰ ἐν τῇ γῆ, ubi vide notata. *Apol.* II. c. 5: Ὁ θεὸς τὸν πάντα κόσμον ποιήσας (etiam in Epistola praecedat ἐποίησε τὸν κόσμον) καὶ τὰ ἐπίγεια ἀνθρώποις ὑποτάξας. Ante Iustinum, quod sciam, inter Patres non nisi *Hermae Pastor* II. 12. c. 4 ita docuit. 3°. Hominibus deum dedisse rationem ac mentem. Vocabulum λόγον, quum satis fuisset νοῦν dicere, noli cum Hoffmanno aliisque interpretibus de sermone accipere. *Apol.* II. c. 7: ὅπερ καὶ παρὰ λόγον καὶ νοῦν ἐστι. Saepe coniunguntur. Pseudo-Iustini *Expos. rect. fid.* c. 11: λόγος καὶ νοῦς. C. 16: ὑπὲρ νοῦν ὑπὲρ λόγον. *Quaest. Gent. ad Christ.* I. (1) p. 322 C. 4°. Hominibus deum solis permisisse ad ipsum oculos attollere. Iam Ovidius initio *Metamorph.* canit: „Pronaque quum spectent animalia caetera terram, os homini sublime dedit coelumque videre iussit et erectos ad sidera tollere vultus.“ 5°. Homines deum ad suam imaginem formasse. Alludit scriptor, ut iam in *Prolegg.* §. 12 animadverti, ad *Genes.* I. 27: ἐποίησε verbo ἔπλασε explicat, quod dicitur respectu corporis habito. *Cohort. ad Gent.* c. 38: κατ' εἰκόνα κ. ὁμοίωσιν θεοῦ πλασθέντα ἀναλαβὼν ἀνθρώπων. *De resurrect.* c. 7: ποιήσωμεν ἀνθρώπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν κτλ. *Δήλον οὖν ὡς κατ' εἰκόνα θεοῦ πλασσομένοσ ὁ ἀνθρώπος ἦν σαρκικός.* Huc quoque quadrat quod Semischius (*Iustin d. Mär.* P. I. p. 158) de locis modo laudatis observavit. „Es bleibt unbestimmt, worin das Gottähnliche des menschlichen Körpers bestehe. Wahrscheinlich hatte sich Justinus darüber überhaupt keine klare Ansicht gebildet, und wollte nur sagen dass der leibliche Organismus des Menschen, ungeachtet er materiellen Stoffes sei, doch darin einen relativen Werth besitze, dass er im Ganzen und Einzelnen dem Begriffe und Wesen Gottes näher stehe als der thierische Organismus. Vielleicht nahm er dabei auf die Form des menschlichen Körpers Rücksicht, nur nicht so, dass er Gott in anthropomorphistischer Beschränktheit mit menschlichen Gliedern ausgestattet hätte.“ 6°. Ad homines deum misisse filium suum unigenitum. C. 7: Τοῦτον πρὸς αὐτοὺς ἀπέστειλεν. 7°. Hominibus deum τὴν ἐν οὐρανῷ βασιλείαν promisisse, h. e. regnum coeleste. C. 9 dixit τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. Coll. c. 5: ἐπὶ γῆς διατρίβονται, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται. Infra: ὅταν τὸ ἀληθῶς ἐν οὐρανῷ ζῆν ἐπιγνώσῃ. Aut, si mavis animo γενησομένην subaudire, est regnum in coelo futurum. „Mirum,“ inquit Stephanus, „calumniae exemplum in memoriam mihi revocant haec verba. Solitos enim ethnicos calumniari Christianos, tamquam, de suo quodam inter homines regno cogitantes, ex Iustini Apologia [priori c. 11] discimus. Καὶ ἡμεῖς ἀκούσαντες βασιλείαν προσδοκῶντες ἡμᾶς, ἀκρίτως ἀνθρώπινον λέγειν ἡμᾶς ὑπειλήφατε, ἡμῶν τὴν μετὰ θεοῦ λεγόντων.“ Mox editores ante Boehlium comma posuerunt post δώσει, quum ita interpretarentur: καὶ οἷς δώσει utpote τοῖς ἀγαπήσασιν αὐτόν: „et dabit quod ipsum dilexerint.“ — Ἐπιγνοὺς δὲ scil. (τὸν) πατέρα. Supra enim λάβης πρῶτον μὲν ἐπιγνώσιν πατρός. Cf. quae ibi notavi. Inepte Heseleus (ed. 2) et Karckerus: „Haec postquam cognoveris.“ („Dies Alles erkennend.“) — Ἡ πῶς ἀγαπήσεις τὸν οὕτως προαγαπήσαντά σε; coll. *Epist. I Ioann.* IV. 19: ἡμεῖς ἀγαπῶμεν ὅτι αὐτὸς πρῶτος ἠγάπησεν ἡμᾶς. — Ἀγαπήσας δὲ

μιμητῆς ἔση αὐτοῦ τῆς χρησιμότητος usque ad θαυμάσιους coll. l. c. IV. 11. 12 et 20. 21: εἰ οὕτως ὁ θεὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ ἡμεῖς ὀφειλομεν ἀλλήλους ἀγαπᾶν. Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέεται· εἰ ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν μένει καὶ ἡ ἀγάπη αὐτοῦ τετελειωμένη ἐστὶν ἐν ἡμῖν. Et: Ἐάν τις εἴπῃ ὅτι ἀγαπῶ τὸν θεόν, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῇ, ψεύστης ἐστίν· ὁ γὰρ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ὃν ἐώρακεν τὸν θεὸν ὃν οὐχ ἐώρακεν πῶς δύναται ἀγαπᾶν; Καὶ ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔχομεν ἀπ' αὐτοῦ ἵνα ὁ ἀγαπῶν τὸν θεὸν ἀγαπᾶ καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Cf. quae supra de hac sententia mere Ioannea observavi. — Μιμητῆς ἔση κτλ. De imitatione ista, qua homines deum imitari possunt, lege Martyrem in *Apol.* I. c. 10. Ibi dicit: Ἐκείνους δὲ προσδέχεσθαι αὐτὸν μόνον δεδιδάχμεθα ... τοὺς τὰ προσόντα αὐτῷ ἀγαθὰ μιμουμένους, σωφροσύνην καὶ δικαιοσύνην καὶ φιλανθρωπίαν, καὶ ὅσα οἰκεῖα θεῷ ἐστι κτλ. Tum scriptor noster dicit: Ἀλλὰ ταῦτα ἐκτὸς τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος: „sed haec extra eius maiestatem sunt,“ i. e. (Maran.) contraria illius ditissimae beneficentiae quam imitari debemus. Dornerus (*Entwickelgsgesch. d. Lehre v. d. Person Christi* P. I. p. 412): „Denn nicht zu herrschen ... ist die wahre Eudaemonie, noch kann jemand in Solchem Gott nachahmen: sondern Solches liegt ausserhalb der göttlichen Glorie.“ Stephanus ad verba ὅς, ἃ παρὰ τοῦ θεοῦ λαβὼν ἔχει ταῦτα τοῖς ἐπιδεομένοις χορηγῶν, θεὸς γίνεται τῶν λαμβανόντων notavit haecce: „In his verbis videri possit alludere ad proverbium: ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον, i. e. homo homini deus. Quod ideo dicitur, quoniam, dum alicui opitulamur, hoc ipso facto deum imitatur. Quod quum ab aliis quoque ethnicis, tum vero a Strabone dictum est. Ac inter poetas Latinos Ovidius quiddam tale canit.“ Cf. meam ad verba c. 7 ὡς θεὸν ἔπεμψεν adnotationem. Ὅτι θεὸς ἐν οὐρανοῖς πολιτεύεται: „dass ein Gott im Himmel waltet.“ Supra ἡ ἐν οὐρανῷ βασιλεία commemorata fuit. Stephanus: „in coelis mundum velut civitatem gubernare.“ Μυστήρια θεοῦ h. e. res ad deum pertinentes: occultae antea, nunc patefactae. Fidem enim consequitur cognitio dei, θεὸν ἰδεῖν (c. 8) sive ἐπίγνωσις θεοῦ (c. 10). Τοὺς κολαζομένους ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν ἀρνήσασθαι θεόν: c. 7 circa finem. Formula ἐν οὐρανῷ ζῆν = c. 5: ἐν οὐρανῷ πολιτεύεσθαι. Dicit auctor ignem aeternum sibi traditos supplicio affecturum esse μέχρι τέλους h. e., ut in Prolegg. §. 14 adverti, *perpetuo*. Ultimorum capitis verborum collocatio non debet esse admodum offensioni; nam exspectaveris: τότε τοὺς ὑπομένοντας ὑπὲρ δικαιοσύνης τὸ πῦρ τὸ πρόσκαιρον θαυμάσιους, καὶ κτλ. Orponuntur sibi τὸ πῦρ τὸ πρόσκαιρον et τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον. Sic πρόσκαιρος et αἰώνιος in *Dial. c. Tr.* c. 113 reperiuntur. Teste Epistola Viennens. ap. Euseb. *Hist. eccl.* V. c. 1 (*Reliqq. sacr.* ed. Routh. Tom. I. p. 276) Biblias, quae Christi fidem abnegaverat, resipuit inter cruciatus, ὑπομνηθεῖσα διὰ τῆς προσκαίρου τιμωρίας τὴν αἰώνιον ἐν γεννῆ κόλασιν, „praesente supplicio de aeternis gehennae cruciatibus ipsam submonente.“ Ad sententiam quod attinet, Christiani a Romanis interdum igni solebant cremari, ut ex *Dial. c. Tr.* c. 110 patescit, ubi Iustinus ait: Κεφαλοτομούμενοι γὰρ ... καὶ θηρίοις παραβαλλόμενοι καὶ δεσμοῖς ται πυρὶ ... ὅτι οὐκ ἀφιστάμεθα τῆς ἡμολογίας, δῆλόν ἐστιν. Coll. Marci *Epist. ad Sen.* (*Corp. Apoll.* Vol. I.) p. 212 B. Potissimum autem in memoriam revoco praecla-

rum S. Polycarpi exemplum: qui, quum convicia adversus Christum, cui sex et octoginta continuos annos ministrasset, nollet dicere, in rogam impo-
 situs est flammisque absumtus. Cf. Ecclesiae Smyrn. de martyrio Polyc.
 Epist. encycl. ap. Euseb. l. c. IV. c. 15, comp. *Act. martyr.* ed. Ruinart.
 (ed. 2) p. 31 ss. Inter alia ille martyr ad proconsulem, qui quaestioni
 praecerat: Πῦρ, inquit, ἀπειλείς πρὸς ὄραν καιόμενον καὶ μετ' ὀλί-
 γον σβεννύμενον· ἀγνοεῖς γὰρ τὸ τῆς μελλούσης κρίσεως καὶ αἰωνίου
 κολάσεως τοῖς ἀσιβέσει τηρούμενον. Denique ἐκεῖνο τὸ πῦρ est τὸ
 πῦρ τὸ αἰώνιον. Haec autem Epistolae ad Diognetum conclusio optime
 se habet. Nil amplius desideratur.

Accedit appendix subdititia, inferiori tempore confecta. Cf. Prolegg.
 §. 24—26.

Caput XI. Non, inquit scriptor, de rebus peregrinis loquor, sed
 apostolorum factus discipulus fio doctor Gentilium, et quae mihi tradita
 sunt subministro iis qui discipuli fiunt digni veritate. Logos autem, qui
 semper fuit, hodierno tempore filius habitus est. Per huic ditatur eccle-
 sia, et gratia expansa in sanctis amplificatur; per hunc scriptores veteris
 testamenti locuti sunt: quos non licet contemnere.

Codex mstus, quo Stephanus usus est, et Argent. e regione verborum
 Οὐ ξένα ὁμιλῶ κτλ. hanc in margine offerunt notam: καὶ ὧδε ἐγκοπὴν
 εἶχε τὸ [Argent. vitiose εἶχεν ὁ] ἀντίγραφον. Versus, qui initium a verbis
 Οὐ ξένα ὁμιλῶ habet, in Argentoratensi interius incipit h. e. magno spatio
 a margine sinistro interiecto. Cf. Prolegg. §. 25. — Ἀποστόλων γεν.
 μαθητῆς cf. l. c. §. 7. — Οἷς ἐφάνερωσεν (scil. αὐτὰ) usque ad ἐπι-
 στεύθη coll. *I Timoth.* III. 16. De formula παρῴησία λαλῶν coll. *Ev.*
Ioann. VII. 26. XVI. 29. XVIII. 20. Ad verba ὑπὸ ἀπίστων μὴ νοούμε-
 νος pertinet nota margini codicis Argent. adscripta, cuius tamen paucis
 tantum literis murium dentes pepercerunt: [ὅτι] οἱ ἄνδρες [οὐκ ἔγνω]σαν
 μν[στήρια] τοῦ πατρός. — Οἱ, πιστοὶ λογ. usque ad ἐπιστεύθη coll.
Act. Apostl. XIII. 46—48. — Οὐ χάριν, nimirum ut discamus quae per
 logon ostensa sunt discipulis. — Οὗτος ὁ ἀπ' ἀρχῆς coll. *Epist. I Ioann.*
 I. 1. II. 13. 14. Interpreteris: „Dieser (ist) der vom Anfang (Seiende),
 der neu Erschienenene“ etc. Quemadmodum autem verba ὁ ἀπ' ἀρχῆς et
 ὁ καινός, sic παλαιός et νεός sibi opponuntur. — Σήμερον νῆδες λογι-
 σθεῖς coll. *Psalms.* II. 7. et *Ev. Luc.* III. 22. Vid. *Dial. c. Tr. c.* 88.
 not. 21. — Participium δωρομένη post ἐπιζητοῦσι („quaerentibus donans“) *Stephano*
 et passivam significationem (*donata*) videtur admittere. Mox ὄρια
 πατέρων sunt (Boehlio observante) decreta, vel circa doctrinam fidei vel
 circa disciplinam ecclesiasticam facta unanimi consilio patrum ecclesiae,
 h. e. ecclesiarum antistitum, synodis congregatorum. Προφητῶν χάρις
 est gratia quae prophetas inspiravit. Ad logon refertur. Inde verba ἐπι-
 γνώση ἢ λόγος ὁμιλεῖ κτλ. potissimum huc pertinent: quibus auctor vult
 veteris testamenti auctoritatem commendare. Vid. Prolegg. §. 26. „Ea
 cognosces quae logos loquitur, per quos vult (ut per prophetas), quando
 (h. e. etiam tempore ante logi ἐνσύρκωσιν) ei lubet.“ Beurerus inepte

sic interpretatus est: „quae Verbum nobiscum communicat, per ea quae vult cognosces.“ *Ὀμιλεῖν* c. accus. (*aliquid loqui*) pariter initio capituli (*ξένα ὀμιλῶ*) comparet. Mox formula *μετὰ πόνον* vulgo commatibus includitur, ut sit dubium quocumque pertineat; equidem refero ad *ἐξειπεῖν*. Redditur ab interpretibus: *cum labore*, „mit Mühe.“ Verte: *cum studio*. Nam verba, quae c. 12 sequuntur, respondent: *ἀκούσαντες μετὰ σπουδῆς*. Sic textus vulgatus *Coloss. IV. 13* habet *ζῆλον* pro *πόνον* ex interpretamento. Hesychius: *πόνος· σπουδή, ἐπίτασις*. Stephanus locum transtulit sic: „Quaecumque enim ... ad eloquendum, cum labore, ex dilectione, eorum quae revelata sunt nobis, sumus vobiscum participes.“ Haec nullum habent sensum. Verba, si sunt genuina (vid. Adnott. criticas), sic reddas: „... ad eloquendum cum studio, ex dilectione eorum quae revelata nobis sunt vobiscum communicamus.“ Germanice: „Denn was wir nach dem Willen und im Auftrage des Logos mit aufopferndem Eifer verkündigen, daran haben wir aus Liebe zu der empfangenen Offenbarung mit euch gleichen Antheil“ — sive sententiarum nexui accommodatius: „das theilen wir mit euch zufolge unserer Hingabe an das uns (vom Logos) Geoffenbarte.“

Caput XII. Tum pollicetur scriptor fore ut, si eos qui logo iubente verba fecerint studiose audierint, cognoscant quaecumque praebet deus recte diligentibus. Addit, loci *Genes. II. 9* et *III. 7* rationem habens, mysticam quamdam et allegoricam verborum turbam. Hortatur insuper, ad Pauli effatum *I Corinth. VIII. 1* respiciens, ut ad veram doctrinae evangelicae cognitionem, cui testimonium perhibeatur a vita, quamquam catholica fide servata, perveniant. Quae omnia denique finit doxologia.

Ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χωρίῳ scil. *ἐν τῷ παραδείσῳ*. Cf. *Genes. II. 9*. — *Οὐδὲ γὰρ ἄσημα κτλ.* Beurerus interpretatus est: „Neque enim sine certa significatione haec scripta sunt, quod nempe deus ab initio lignum vitae in medio paradisi plantavit: quum per cognitionem vitam innueret.“ *Διὰ γνώσεως ζωὴν ἐπιδεικνύς*, h. e. *ζωὴν ἀληθῆ*, ut ex sequentibus patescit. Proximum ἧ referendum ad praecedens *γνώσεως*. Cf. *Genes. III. 7*. — *Ἦν δύναμιν ἐνιδῶν ὁ ἀπόστολος*: (Maran. in Add.) Quum perspexisset apostolus quam vim habeat illa utriusque ligni, et cognitionis et vitae, coniunctio. *Ἄνευ ἀληθείας προστάγματος* non valet: „sine veritatis praeecepto“ (Beurer.), sed: „sine veritate doctrinae.“ Infra *λόγος ἀληθείας*. Vid. Adnott. criticas. Dictum *Ἡ γνώσις φρυσιοῖ, ἧ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ* legitur *I Corinth. VIII. 1*. — *Ἐπ' ἐλπίδι φυτεύει, καρπὸν προσδοκῶν* coll. l. c. *IX. 7. 10*. — De forma imperativi *ἦτω* pro *ἔστω* cf. Wineri *Grammatik d. neutest. Sprachidioms* (ed. 4) p. 76. Quod sequitur *γνώσις* „positum videri potest,“ ut Boehlius adnotavit, „pro *γνωστικῆ*: sit tibi cor (i. e. animus) rerum divinarum cognitione praeditum, vel res divinas cognoscendi et facultate instructum et studio perfusum, hac scilicet ratione (cf. *χωρούμενος*), ut *λόγος ἀληθείας* animo recipiatur. At vero (sensu non immutato) aptius videntur verba hoc modo accipi: *Cognitio rerum divinarum* sive res divinas cognoscendi studium *cor tuum perfusum habeat*, vel sit intimo pectori insitum.“ Mox verba *λόγος ἀληθείας* Beurerus transtulit „doctrina veritatis,“ Hefeleus „cognitio vera,“ interpretes germanici „das wahre Wort.“ Cf. quae supra ad verba *Ἄνευ ἀληθείας προστάγματος* notavi. — De loquendi formula *καρπὸν αἰρῶν* cf. Astii *Lexic. Plat.* Vol. I.

p. 54. Verba οὐδὲ *Ἐὐα φθείρεται κτλ.* quod attinet, codex Argent. et apographon Beur. in margine hoc scholion habent: ὅτι τὴν *Ἐὐαν*, μὴ φθειρομένην, παρθένον ἀποκαλεῖ· φθαρῆσαν δὲ τῆς παρακοῆς πάντως εἰσεδέξατο τὸ ἐπιτίμιον, δηλονότι φθαρῆσαν. Non satis patescit num voce *παρθένος* Maria virgo an ipsa Eva (Karkerus: „eine Jungfrau wird sie geglaubt“) designetur. Iustinus in *Dial. c. Tr. c. 100*: *παρθένος γὰρ οὐσα Ἐὐα καὶ ἄφθορος*. Irenaeus adv. haeres. III. c. 33. §. 4: „Illa (Eva) virum quidem habens Adam, virgo tamen adhuc existens.“ Cf. quae praeterea l. c. not. 15 laudavi. Boehlius Mariam virginem designari putavit; inde *πιστεύεται* activo significato cepit: *virgo fidem habet*: „ut Maria, fidem exhibens effato divino (*Luc. I. 26 ss.*), opponatur Evae, serpentis dolo captae et praeceptum dei transgressae.“ Verba *καὶ κηροὶ συνάγονται* difficultatem editoribus fecerunt. Vid. Adnott. criticas. Sed in voce *κηροὶ* (Beurerus male *favi* transtulit) non est quod haereas. Designantur cerei, quibus Christiani potissimum tempore paschali utebantur; inde a medio saeculo tertio cereorum dispositioni momentum quoddam tribuebant: unde verba explices *καὶ μετὰ κόσμον ἀρμόζονται*. Sed plura in Prolegg. §. 26 ea de re exposui.



INDICES

IN GENUINAM EPISTOLAE PARTEM.



I. INDEX RERUM.

(Numerus caput Epistolae designat.)

A.

Amor Christianorum inter sese mutus 1. Dei erga homines 9. Inde Christianorum erga omnes homines 10.
Angeli terrena gubernant 7. Vid. *Principes*.
Anima immortalis 6. Invisibilis 6. In corpore habitat 6. Est sedes appetituum, unde de ea dicitur quod de corpore dici consuevit 6. Anima et Christiani inter se comparantur 6.
Aqua principium omnium a philosophis dicta 8.

B.

Beatus quis 10.
Beneficia indigentibus suppeditanda 10.

C.

Caro ab anima amatur 6. Animam odio persequitur 6.
Christus dei filius unigenitus 8. 10. Mali expers 9. Pretium redemptionis pro nobis datus 9. Veniet ad iudicium 7. Vid. *Logos*.
Christiani per totum orbem dispersi 6. Gentiles et iudaicas civitates incolunt 5. Mores eorum describuntur 5. Comparantur cum anima 6. Deos Gentilium pro diis non habent 1. 2. Inde odio sunt 2. Superstitionem Iudaeorum non observant 1. Gentiles eos persequuntur et Iudaei bellum contra eos gerunt 5. Mundum aspernantur 1. Mortem contemnunt 1. Supplicio magis ipsi confirmantur 6. Et alios confirmant 7. Vid. *Amor*.
Christiana religio nova 1. 2. Non dogma humanum 5. 7.
Cibi Iudaeorum 4.
Circumcisio Iudaeorum 4.

Coena Christianorum communis sed non polluta 5.

Corpus humanum mortale 6.
Cultus dei invisibilis 6.

D.

Deus invisibilis 7. Nullius rei indignus 3. Coelum et terram omniaque in iis fecit 3. Conditor (opifex) omnium 7. 8. Regnator (dominus) omnium 7. 8. Solus bonus 8. Immensa eius erga homines benevolentia 9. 10. Logon, filium suum, misit ad homines salvandos 7. 10. In eo ipse apparuit 7. 8. Cultus eius invisibilis 6. Vid. *Fides*.
Dii, a Gentilibus sic dicti et cultu affecti, ab artificibus ex materia formati sunt 2. Sensus expertes 2. Custodibus egent 2.
Diognetus vir amplissimus 1. Nonnulla de Christianis quaesivit eorumque religione 1.
Dogma Christianorum non humanum 5. 7.

E.

Elementa a philosophis principia omnium dicta 8.

F.

Fides efficit ut deum cognoscamus 8. 10.

G.

Gentiles deos materiales ab artificibus factos colunt 2. Christianos odio habent quia illos non arbitrantur esse deos 2. Eos persequuntur 5.
Gratia divina et loquendi et audiendi facultatem suppeditans 1. Deus cum salute per Christum parta hominibus omnia donavit 8. Vid. *Homo*.

H.

Homo ad imaginem divinam formatus 10.
 Rationales facultates accepit 10. Hominum causa mundus creatus 10. Iis res terrenae subiectae 7. 10. A recta via aberrarunt 9. Per semet in regnum divinum ingredi non potuerunt 9. Servatore opus fuit 10.

I.

Ieiunium Iudaeorum 4.
 Ignis principum omnium a philosophis dietus 8. Aeternus 10.
 Imago divina 10.
 Immortalitas — vid. *Anima*.
 Iudaei deo sacrificia offerunt ut indigenti 3. Sola legis caerimonialis observatione opinantur se deo acceptos esse 4. Iudaeorum superstitionem Christiani non observant 1. Hos illi armis persequuntur 5.
 Iudicium Christus exercebit 7.
 Iustitia unius abscondit nostram iniustitiam 9.

L.

Laetitia eius qui deum cognovit 10.
 Lex caerimonialis Iudaeorum 4. Leges humanas Christiani superant suo vitae genere 5.
 Liberi recens nati a Christianis non abiiciuntur 5.
 Logos dei prodiit ad mundum condendum et gubernandum 7. Incomprehensibilis 7. Ad homines missus 7. Ut eos salvaret 7.

M.

Matrimonium ineunt Christiani 5.
 Mors contemnitur a Christianis 1. Vera 10.
 Mundus a deo creatus 10. Per logon 7. Propter homines 10. Continetur a Christianis 6. Hi eum aspernantur 1.

N.

Novilunium Iudaeorum 4.

O.

Oblationes materiales hominum respuit deus, quum iis non indigeat 3.
 Opera hominum mala 9.

P.

Peccata nostra tegit Christi iustitia 9.
 Persecutiones Christianis a Iudaeis et Gentilibus paratae 5. Sed illi non vincuntur 7.
 Philosophi fide indigni 8.
 Principes (quaedam spirituum classis) res coelestes administrant 7.
 Principium omnium ab aliis aliud dictum 8.
 Proximi onus qui in se suscipit deus fit eius 10.

R.

Regnum coeleste hominibus promissum 10. Vid. *Homo*.

S.

Sabbatum non prohibet a bonis operibus faciendis 4.
 Sacrificia dum Iudaei deo offerunt ut indigenti, idem faciunt ac si diis non sentientibus offerant 3. Sacrificiis Gentiles deos aut supplicio afficiunt aut dedecorant 2.
 Salus per Christum parata 8. 9.
 Supplicia igne aeterna 10.

T.

Tempus iniustitiae ante Christi adventum, tempus iustitiae post Christum 9.

V.

Vita Christianorum coelestis 10.

Z.

Zodiacus 7.

II. INDEX VERBORUM.

(Numerus prior caput Epistolae et alter paginam adnotationum designat.)

A.

ἀγαθοποιεῖν 5.
 ἀλλὰ μὴν ... γε 4, 102.
 ἄν c. opt. ironice 3, 102; c. futur. indic. 4, 103.
 ἀναδέχεσθαι τὸ βάρος 10.
 ἀξιόπιστος, qui fide dignus videtur, 8, 113.
 ἄορατος — θεοσέβεια 6, 108.
 ἀπάτη 4, 103.
 ἀπόδεκτος 8, 113.
 ἀποδέχεσθαι τινὰ τινος 1, 98.
 ἀποσκευάζεσθαι τὴν συνήθειαν, 2, 98.
 ἄρα γε, num, 7.
 ἄγγελος· τὶς τῶν διεπόντων τὰ ἐπιγεία 7, 111.
 ἄρχων· τὶς τῶν πεπιστευμένων τὰς ἐν οὐρανοῖς διοικήσεις 7, 111.
 ἀσκεῖν βίον 5, 104.
 ἄτακτος φορὰ 9, 116.
 αὐτός cum vi quadam repetitum, aut i. q. sponte (ultro) 7, 110. Dicitur αὐτοῦ ubi ἑαυτοῦ expectaveris, ut scriptor ex sua mente loquatur 8, 115.
 ἀφραστος, ineffabilis, 8, 116.

B.

βάρβαρος — βάρβ. πόλεις, urbes iudaicae, 5, 105.

Γ.

γὰρ spectat ad sententiam omissam 2, 100.
 γνωρίζειν, notum facere, 8, 113.
 γόης 8, 113.

Δ.

δέ fortiolem sententiam efficit 2, 99.
 δεῖγμα 3, 102.
 δεισιδαιμονία 1, 97.
 δημιουργός de deo 8 et de logo 7.
 διατάσσειν οὐρανοῖς 7, 111.
 δικαιούσθαι 5, 107. 9, 117.
 Διόγνητος 1, 96.
 διορίζειν θάλασσαν 7, 111.
 δουλεύειν ei προσκυνεῖν 2, 99.

E.

ἐάν c. coni. aor. in protasi et c. coni. aor. (pro futur.) in apodosis 10, 118.
 ἐγκαταστήριζειν, aor. — ἐστήριξα, 7, 110.
 ἔθνος — ἔθνη, instituta vitae politica, 5, 104.
 εἰ ... κἂν c. opt. 2, 101; post εἰ μὲν, sequente εἰ δέ, deest apodosis 3, 101; c. indic. in re certa 3, 101.
 εἶδος 2, 98.
 εἶδω — aor. II. imper. ἴδε 2, 84; ἰδεῖν = ἐπιγινώσκειν 8, 115.
 εἰκαιότης 4.
 εἰκός, c. ἄν et opt., forsan, 3, 102.
 εἰρωνεία 4, 102.
 ἐλέγχειν i. q. ἀτίθειν 2, 100.
 Ἕλληνες, Gentiles, 1, 97. Sic Ἕλληγνίδες πόλεις 5, 105.
 ἐννοεῖν ἐννοίαν 8, 114.
 ἐξέρχεσθαι εἰς τὸν βίον 1, 97.
 ἐπιτήδευμα de religione christiana 1, 97.
 εἰρεῖν (fut.) in praesentis significatione 2, 84.

Θ.

θεοσέβεια 1, 96. ἄορατος 6, 108.
 Vid. μυστήριον.
 θεοσεβεῖν 3, 101.
 θρησκευεῖν 1, 96.

I.

ι et η confunduntur 1, 83.

K.

καθαίρειν, aor. ἐκάθαρα 2, 84.
 καλύπτειν ἁμαρτίας 9, 117.
 καταδυναστεύειν τινός 10.
 κατάστασις τῆς πολιτείας 5, 105.
 καταφρονεῖν, χλευάζειν, ὑβρίζειν, 2, 100.
 κνῖσα 2, 85.
 κοινός 4, 103; quid? 5, 106.
 κολάζειν liberius usurpatum 2, 100.
 κόσμος — κ. ὑπερορᾶν 1, 97.
 κράτιστος in compellatione 1, 96.

A.

λοιπόν, *fortan*, 9, 116.
 λυπεῖν 1, 98.
 λύτρον 9, 117.

M.

μάθημα de religione christiana 5, 105.
 μεγαλειότης 10, 120.
 μὲν resp. τε 1, 83. μὲν ὄντες et
 μένοντες confunduntur 6, 89.
 μέχρι τέλους 10, 120.
 μήν — οὐ μήν, non vero, 5.
 μυστήριον θεοσεβείας 4, 104. οἰκο-
 νομία μυστηρίων 7, 110. μυστήρια
 de legibus naturae impositis 7, 111.
 μυστήρια θεοῦ 10, 120. ἐν μυστη-
 ρίῳ κατέχειν 8, 115.

N.

νῦν c. temp. praeter., nostra aetate, nu-
 per: εἰσῆλθεν εἰς τ. βίον νῦν καὶ οὐ
 πρότερον 1, 97.

H.

ξένη, peregrina regio, 5, 105.

O.

οἰκονομία μυστηρίων 7. οἰκονομία
 θεοῦ 4, 103.
 οἰκονομικῶς, iuxta dispositionem di-
 vinitat, 8, 115.
 ὁμολογουμένως 5.
 ὅς — ὃ μὲν ... ὃ δὲ 2, 84. ὅς ἂ et
 ὅσα confunduntur 10, 94.
 οὐ pro ἢ 3, 86. οὐκ οὖν = οὐκουν
 2, 85.

II.

παντοκράτωρ 7, 110.
 παραλλάσσειν — παρηλλαγμένη
 διάλεκτος, lingua peculiaris, 5.
 παράσημος βίος 5, 104.
 παρεδρεύειν τινί 4, 103.
 παροικεῖν 6, 109.
 πάροικος, inquilinus, 6, 109.
 πᾶς c. artic. 3, 101.
 πιστεύεσθαι seq. accus. rei, concre-
 ditur mihi, 7, 110.
 πλεονάζειν, intrans., de interno in-
 cremento 6, 110.
 ποιεῖν 8, 115.
 πολιτεία — vid. κατάστασις.
 πολιτεύεσθαι (= ζῆν) ἐν οὐρανῷ 5;
 i. q. βασιλεύειν 10, 120.

πολυπραγμοσύνη Iudaeorum 4, 103.
 πολυπράγμων de eo qui novitatis
 studio ducitur in rebus ad religionem
 spectantibus 5, 105.
 πρὶν ἢ c. inf. aor. 2, 99.
 προῖστασθαι τινος, rei patrocinari
 sive rei operam dare (rem profiteri) 5,
 105.
 προσκυνεῖν 2, 99.

P.

δίπτειν τὰ γεννώμενα 5, 106.

Σ.

σ et τ confunduntur 4, 88.
 σαφῶς καὶ ἐπιμελῶς 1, 97.
 σέβειν τινὰ ὡς θεόν 3, 101.
 σίδηρος de instrumentis ferris 2, 99.
 σκήνωμα de corpore 6, 109.
 στοιχεῖον, elementum, 8. στοιχεῖα,
 sidera, praesertim zodiaci signa, 7, 111.
 συνέχειν τὸν κόσμον 6, 108.
 συνήθεια 2, 98.

T.

τὲ γὰρ in initio enuntiationis 4, 103.
 Vid. μὲν.
 τέλεον i. q. τελῶς 2, 99.
 τερατεία καὶ πλάνη 8, 113.
 τεχνίτης καὶ δημιουργός 7, 110.
 τιμὴ munus honorificum 2, 100.
 τίς pleonast. in formula ὁ μὲν τις ...
 ὁ δὲ 2, 84.

Υ.

ὑπερσπουδάξειν 1.
 ὑπόστασις 2, 98.
 ὑποτάσσειν γῆν 7, 111.

Φ.

φανεροῦν 8.
 φιλανθρωπία dei ὑπερβάλλουσα 9,
 116.
 φιλάνθρωπος de deo 8.
 φιλοστοργία πρὸς ἀλλήλους 1, 97.
 φιλοτιμία 3, 102.
 φρονεῖν 3, 101.
 φύσις, indoles, innere Beschaffenheit,
 9, 117.

X.

χωρεῖν εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον 8, 113.

ψ.

ψοφοδεής — τὸ ψοφ. 4, 102.
 ψυχὴ — σιτίοις κ. ποτοῖς βελτιῦται
 6, 109.

Ω.

ὡς c. partic. 2, 98; in exclamatione aut
 in causa positum 9, 116; ὡς θεὸν σέ-
 βειν τινά 3, 86.

III. INDEX LOCORUM.

1. Scriptorum sacrorum.

Genes. 1, 27. Epist. c. 10. p. 112.
 Psalm. 113, 8. - c. 2. p. 99.
 Iesai. 11, 2. 3. - c. 9. p. 117.
 — 12, 2. - c. 9. p. 118.
 Malach. 3, 2. - c. 7. p. 112.
 Matth. 5, 44. - c. 6. p. 108.
 — 6, 25—31. - c. 9. p. 118.
 — 19, 17. - c. 8. p. 114.
 — 19, 26. - c. 9. p. 117.
 Luc. 6, 27. - c. 6. p. 108.
 Ioann. 3, 5. - c. 9. p. 116.
 — 3, 16. - c. 10. p. 118.
 — 3, 17. - c. 7. p. 112.
 — 17, 11. 14. 16. - c. 6. p. 108.
 Actt. app. 17, 24. 25. - c. 3. p. 102.
 Roman. 8, 12. 13. - c. 5. p. 106.
 — 8, 32. - c. 8. p. 115.
 — — - c. 9. p. 117.
 — 13, 9. 10. - c. 5. p. 107.
 I Corinth. 4, 19. - c. 5. p. 107.
 — 4, 12. - c. 5. p. 108.

II Corinth. 6, 9. Epist. c. 5. p. 107.
 — 6, 10. - c. 5. p. 107.
 — — - c. 5. p. 108.
 — 10, 3. - c. 5. p. 106.
 Galat. 4, 10. - c. 4. p. 103.
 Ephes. 4, 20—24. - c. 2. p. 98.
 Phil. 3, 18—20. - c. 5. p. 106.
 Coloss. 1, 16. - c. 7. p. 111.
 I Timoth. 3, 16. - c. 4. p. 104.
 Tit. 3, 3. - c. 9. p. 115.
 — 3, 4. 5. - c. 9. p. 116.
 I Petr. 2, 11. - c. 5. p. 105.
 — 3, 18. - c. 9. p. 117.
 I Ioann. 4, 9. - c. 10. p. 118.
 — 4, 11. 12. 20. 21. - c. 10. p. 120.
 — 4, 19. - c. 10. p. 119.

2. Scriptorum profanorum.

Plat. Phaed. p. 62. Epist. c. 6. p. 109.
 — — — - c. 6. p. 110.
 — Axioch. p. 365. - c. 6. p. 108.

CORRIGENDA.

P. 112 versu ultimo p. Addit l. Reddas. — P. 117. v. 2 p. ἴδιου l. ἰδίου.
 Ibid. v. 5 p. Αὐτῶν l. Αὐτῶν.

Lipsiae, impressit J. B. Hirschfeld.



